

PRAXIS MEDICINÆ

DE

FEBRIBUS.

In qua methodo facillima dilucidissimaque omnium Febrium cognitio & Curatio traditur.

Auctore

PETRO PASCHALI, Med. Doctore.





LUGDUNI BATAVORUM,
Ex Officina IOANNIS MAIRE.
cIↄ Iↄ c xxxI.



Illustri & Generosissimo

DOMINO

NICOLAO SLUPECLEY,

BARONI DE CONARI,

Domino mihi benignissimo.



T nihil id hac vita sanitate iucundius esse potest, sic arte Medica & iis qui eam legitime profitentur, nihil utilius magisque necessarium est. Nihil enim Medicus, quatenus suo officio defungitur, ratione perlustrat, nihil perscrutatur, nihil operatur, quod non ad unius hominis commoda salutemque pertineat. Solus Medicus inter mortales, omnes cogitationes suas, curas, & vigilias ad eius incolumitatem conservandam refert. Idcirco Medicum honore afficiendum iubet Ecclesiastes, non quod id sponte facturi homines non fuissent: quis enim tam ingratus & mentis inops esse potest, qui eum à quo in morbo fuerit sublevatus & ab eo liberatus honeste non commemoret, & præsenti honorem non exhibeat? Sed ut magis hoc facere tenerentur, quia id sacra pagina iubet. Quod si Medicus propterea iure sibi hoc deberi existimat, stimuli atque incitamenti loco vicissim sibi esse debere putet, ut tali se honore dignum præbeat, atque is ve-

re sit, quem se esse profitetur, nempe valetudinis humanæ sospitator, & morborum depulsor. De Medicis autem quia ita persuasus es, Illustris & Generosissime Baro, ut contemptis circumforaneis, qui soli stupenda stulte pollicentur, hos tantum consulendos censeas, hisque confidenter valetudinem tuam committas: meque in primis singulari benevolentia & benignitate multis iam annis prosequeris: iure gratitudinis hunc meum de Febribus fœtum nuncupare debui tibi, ut qui decus & ornamentum maius huic inferre non potuerim, quam ex Illustri Nomine tuo, cui ego multis nominibus sum devinctus. Magni quidem præmii loco erit, quum utilem me artis cultoribus operam navasse exiguo hoc scripto perspexero: sed quod in tuam abeat clientelam & patrocinium, non minorem animo concipio voluptatem. Nam ut non tam rem ipsam spectas, quam animum offerentis, sic tuum de ea iudicium cæteris antepono. Etsi enim natura ad splendorem Illustris tuæ familiæ sustinendum omnia contulerit; tamen tot annorum peregrinatione, & studio indefesso, ea ornamenta, quibus genenerosus Animus delectari solet, tibi comparasti, quæ ad loca in templo honoris & virtutis qaævis capessenda requiruntur. Quo quidem longe eos tui ordinis antecedis, qui nihil maius opinantur, quam Illustri loco nasci, non cogitantes, nihil nostrum esse, nisi quod geritur à nobis. Macte

igitur

igitur eo animo esto, Baro Generosissime, & studium quod augendis porro virtutibus tuis impendis, ad huius etiam opusculi adversus malevolos defensionem converte. Hanc ex eo mercedem sane non exiguam reportabis, ut cognitis causis ex quibus Febres oriuntur, eas facile possis declinare, & mediocritatem in iis quæ corpori conveniunt observando, incolumis diu permanere. Hoc tibi, Generosissime Baro, ex animo voveo, & sanciat Deus, precor. Datum Lutetiæ Parisiorum Calend. Augusti 1630.

Illustri Nomini tuo

addictissimus

PETRUS PASCHALIS,

Med. Doct.

PRÆFATIO.


TAnta est Febrium cognitionis necessitas atque utilitas, ut merito quemque artis peritum ad eam porro investigandam & locupletandam debeat impellere. Pauci enim morbi sunt quos non vel præcedat vel sequatur Febris, imo vix quemquam morbus prosternit sine Febre, saltem latente. Febris enim primum vitæ munimentum invadit, oppugnat, vincit, & myriades hominum ocissime è medio tollit. Sunt morbi quidam ætatibus quibusdam, locis, temporis constitutionibus peculiares: sed Febris æque robustissimos ac teneriores, senes ac infantes, nullo discrimine Regionis, Temporis, Sexus, corripit. Omnes morbi prærer Febrem, unam tantum corporis partem potissimum infestant, & aliquod temporis intervallum sustinent antequam magnam in actionibus læsionem efficiant: sed Febris simulatque exorta est, omnes lædit, totumque corpus afficit; unde morbus universalis appellatur. Tametsi autem magnus sit librorum de cognoscendis curandisque Febribus numerus, ut si eo rem æstimare velis, nihil ad perfectam earum cognitionem desiderari posse videatur: nihilominus plura subinde occurrunt vel non satis perspicue exposita, vel solerter quidem invecta, sed iis quæ in Praxi obversantur non satis consentanea: alia adhuc dubia & controversa, multa erronea. Quæ omnia si quis supplere, conciliare, & plana atque expedita reddere se posse confidat, næ ille virium & famæ aleam nondum subiit. Deterreri tamen debet nemo, quo minus quantum quisque potest in utilissimo isto argumenta verse-

versetur, atque illud exornet. Hanc ob causam ad mensuram temporis quod mihi vacabat studebam aliquid in usum publicum conferre, ut aliquando haberem quod multorum votis satisfaceret. Sed interim dum hoc mihi negotium curæ est, interpellarunt qui aliquem ex meo labore fructum sibi pollicentur, viri non vulgares, atque Praxim Bruellianam toties iam editam & in manu prope omnium versari solitam exhibent, utilissima hac Febrium doctrina destitutam, ut locupletem hortantur, dignam esse cui hæc pars de Febribus adiiciatur, persuadent: sic enim absolutum opus mole quidem non magnum, sed rebus contentis utilissimum, & veluti Enchiridion quoddam iis qui in Praxi versantur futurum longe exoptatissimum, & quod instar omnium esse mereatur eorum quæ hactenus in lucem prodierunt: Nihil desideraturum qui succinctam, accuratam tamen morborum cognitionem, & remediorum sylvam expedit, præsertim cui in Praxi singulorum scripta consulere, & laboriose singula scrutari occupationes non permittunt. Itaque laborem hunc utilia petentibus, & bono publico faventibus denegare nolui, cum scirem, multa huiusmodi, alia quidem prolixitate tædiosa Lectoribus, alia brevitate molesta, tamen applausum invenisse. Methodum Bruellianam, ut quæ ad memoriam sublevandam, & inveniendi facilitatem accommodatissima mihi visa sit, sequutus sum, & ne quid superfluum esset, vel mancum, operam dedi: imo pauciora fortassis Lector desiderabit, quod ad Praxim exercendam attinet, quam in multo prolixioribus aliorum scriptis. Remedia talia adhibui quæ quisque, ut iam toties experta,

usurpare confidenter potest: ex quibus quædam Chymico more confecta inserui, ob præclaram operam qaam rite præparata atque exhibita præstare consueverunt. Improbare ea nemo nisi imperitus & de Medicina male meritus potest. Quod si tanta esset ea exhibendi ratio, quanta iam est in iis conficiendis industria, multo maior Medicinæ honor haberetur. Sed hanc experientia cum iudicio coniuncta successu temporis tandem luculentam commonstrabit. Febres eas descripsi quæ omnium communissimæ sunt, & quibus cognitis, si quæpiam occurrat non satis hoc opusculo expressa, tamen ex eodem curari haud difficulter potest: adde quod quæ rarissime iam contingunt, ut sudor Anglicus dictus, Febris Catarrhalis, & si quæ sunt huiusmodi, addi opus non fuit, cum succincta hæc Methodus originis earum & accidentium, quæ ex diversitate subiectorum eis agglutinantur, investigationem non permittat. Si quidpiam minus accuratum Lectori videbitur, præsertim ei qui exquisitissima omnia consectatur, cum tamen ipse in suis actionibus non modo non satis exquisitus, sed sæpe rudis videri possit, ac proinde sibi satisfactum non putet, indeque detrahendi licentiam arripiat, nihil moror. Nemo enim tam felici unquam fuit ingenio, ut omnibus placere potuerit. Maiorem fructum percepero, si paucis æquis laborum alienorum iudicibus placuero, quam ex omnibus mordacibus detrimentum: adde quod nemini displicitura hæc sunt nisi quibus Bruelliana sordent, quæ tamen apud omnes in pretio esse comperio. Fave igitur his laboribus Lector, & vale.


BIBLIOTECA NAZIONALE
V. EMANUELE III

TABULA *omnes Febrium species continens.*



PRAXIS MEDICINÆ DE FEBRIBUS,

Auctore

PETRO PASCHALI,
Med. Doctore.

DE FEBRE EPHEMERA.

FEBRIS EPHEMERA est calor præternaturalis Spiritus Cordis incendens, qui per arterias & venas toti Corpori cõmunicatus actiones lædit. Ephemeræ appellationem habet à durationis tempore, quod diem naturalem qui 24 horis constat, non transcendit, quasi Diariam sive unus diei Febrem dicas: quod quidem non ita stricte accipiendum est, ac si nunquam ultra protenderetur: sed convenientioris nominis penuria ab eo quod sæpius evenit, appellata est: sic Ephemeron animalculum quoddam appellatum legitur, quia ultra 24 horas non vivit: Et Ephemeron herba alias Colchicum, quia intus sumpta intra unius diei spatium interficit. Durationis autem brevitas inde est, quia subiectum in quo calor ille p. n. terminatur sua tenuitate & mobilitate facile dissipatur. Quod si vapores copiosi, quales è corpore plethorico prodire solent, ob cutis adstrictionem retineantur fervore in sanguine excitato, σύνοχος sine putredine, quæ Diaria seu Ephemera tamen vulgo appellatur, oritur; duratque dies pluſculos, quod non in spiritu, ut prior, sed vapore consistat, qui spiritu densior est, ac proinde non tam facile dissipabilis, magisque sensibilis.

Causa immediata & continens est Calor præternaturalis, quo durãte durat, extincto vero ipsa quoque Febris evanescit. Antecedentes evidentesque caussæ sunt quæcunque quocunque modo calidiorem intemperiem inferunt: ut Solis æstus, omnisque ambiens fervor: labor & lassitudo vehemens: vigiliæ: inedia: nimia animi contentio ex ira, curis, tristitia vel timore. Omnium autem gravissimæ sunt cruditas sive ex nimia cibi copia & helluatione, sive ex vino meraciore, sive ex fructuum corruptorumque vel facile corruptibilium ciborum esu contracta: naturalium evacuationum, ut alvi, urinæ, ex quavis causa retentio: sudoris halitusque suppressio ob cutis densitatem & constipationem, vel ex frigore, vel ex adstringente balneo. Adenum, maximeque inguinum, ex labore & venere tumores & bubones: atrocesque cruciatus qui corpus inflammant, humoresque exagitant. Tres hæ causæ non solum qualitatem ceu calorem febrilem excitant, sed vitiosam etiam materiam vel in corpore retinent, vel aliunde suggerunt, ac proinde Febrem sæpius accersunt, & in periculum adducunt Putridæ Febris, præsertim in corpore disposito in quo iam est illuviei quidàm apparatus. Cæteræ vero causæ solam qualitatem intemperiemque conferunt.

Signa quibus ab aliis Febribus discernitur sunt, quod non sensim præcedente cibi fastidio, aut spontanea corporis lassitudine aut graviore somno, & frequenti oscitatione, sed tota repente prehendit, solaque fere evidentium causarum vi infertur. Aut nullus, aut levis admodum horror initio fatigat, idque duntaxat quum cacochymum corpus expirationem multam eamque calidam & acrem diffundit, quæ ob cutem à frigore densatam, aut ob exilium meatuum constipationem suppressa, ferit nervosas partes. Nulla comitantur sæva symptomata, nec vehemens dolor, nec magna corporis iactatio. Pulsus quidem solito paulo celerior & frequentior, sed tamen æqualis & ordinatus, magnus ac validus. Est & in pulsu diastole maior atque velocior quam systole: Inspiratio quoque expiratione

ratione maior & celerior. Calor tactu est mitis, respectu aliarum Febrium, suavis atque halitu plenus, qui fere eo ipso die aut totus occulte expirat, aut madore sudore-ve naturaliter eoque miti nec graveolente discutitur. Urina substantia, colore, sedimento aut nihil aut minimum à naturali distans, nisi causa quæ Febrem invexit insignem aliquam in sanguine mutationem excitarit: tunc enim coloratior apparet, atque interdum crassa & perturbata.

Prognostica. Omnis terminatur ad salutem, nisi transeat in aliud genus: transit autem potissimum quando protrahitur permanente causa in putridam die quarta vel quinta. In calidis & siccis naturis prout corpus dispositum invenerit in hecticas aut acutas Febres transit. Cæterum solvitur ut plurimum per madorem vel sudorem, nonnunquam per urinam: εὐόχοι vero per hæmorrhagiam è naribus.

CURATIO

Sequentibus remediorum generibus perficitur.

Victus Ratione.

Aër sit frigidiusculus, apertus & perflatus.

Cibus non nisi sub declinationem offerendus, præsertim si vires integræ & vera sit Ephemera, isque exiguus, εὔχυμος, refrigerans & humectans: ut cremor hordei, Pisces saxatiles recentes; Caro vitulina, hœdina, pullorum, lactuca, acetosa, succo citri, aceto aliquantum alterata.

Potus sit Ptisana hordeacea vel cerevisia tenuis, vel vinum colore album, substantia tenue, quod coctionem adiuvet, urinam sudoresque promoveat, maxime si ex vigiliis, curis, tristitia & inedia orta sit Febris: Celerrime enim Spiritus exhaustos vinum restaurat. Contra si ex ira, magno humorum fervore, bubone & similibus causis, vitandum: auget enim evaporationem.

In Quiete Æger se contineat, ne vel levissimo corporis motu vires magis debilitet, augeatque Febrem.

Animi pertubationes, ut quæ magnam corporis œconomiam perturbandi habent facultatem, omnes deponendæ.

ALTERANTIBUS.

Potioribus ex aquis & syrupis refrigerantibus & humectantibus, quibus ad maiorem refrigerationem tantillum spiritus vitrioli addi potest; ut sunt, Syr. acetos. simp. de Endiv. de Cichor. Viol. de Portul. Nymph. de acetosit. Citri, de Limon. Oxysacchar.

Hi Syrupi diluantur duplo Aq. Acetos. Endiv. Lactuc. Plantag. Rosar. Inter alterantia aquæ frigidæ haustu liberali tempestivo, si nihil repugnet, nihil utilius.

Oxyrrhodino simp. vel cui oleum Nymph. Papav. vel unguent. popul. aliquid admistum sit, vel oxycrato simp. his non modo frontem & tempora, sed & syncipur irrigare licet, modo tepidis, modo frigidis.

Epithemat. ex aq. rosar. borrag. bugloss. lactuc. acetos. Plantag. Nymph. cum pulv. spec. diamargar. frig. Corall. Santal.

Balneo aquæ dulcis frigidiusculæ.

Pedum lotione.

VACUANTIBUS.

Venæ sectione, præsertim si vel quæpiam adsit plethoræ significatio & in urina rubedo. Nihil enim celerius spirituum fervorem extinguit venæ sectioione.

Purgatione blanda, si ab obstructione, cruditate vel illuvie quadam pravi humoris effervescentis orta sit Febris quæ Ephemeram in putridam tandem mutare possit.

Clystere emolliente ex decoct. herbar. emoll. Cass. mell. ros. oleo lini, Chamæm. viol. & pauco sale.

Elect. lenit. diacathol. cass. extr. diluto fol. Sen. Rhab. Agar.

Agar. & ſimilibus, in forma boli, vel potion. ex decoct. flor. & fructuum.

Ventriculum Confortantibus.

Si alvi fluxus fatigaverit, condit. & conſerv. roſar. rubr. ſpec. roſat. novell. diarrhod. abb. corall. præp. miva cidon. ſimul iuſta doſi permiſtis.

Diacidon. ſimpl. Cortic. citri condit. zinzib. Mirobal. condit. Foris regio ventriculi ungenda eſt ol. Maſtich. nardin. menth. abſynth.

THEORICA ET EMPIRICA *medicamenta pro Curatione Febris* EPHEMERÆ *feliciter uſurpata.*

℞ herb. Malv. Lactuc. Portul. Viol. ana m. j. ſem. 4. frig. maj. ana ʒ j. f. decoct. ad med. In colat. ℔ j. add. bened. laxat. ℥ ß. ſyr. roſ. ſolut. ℥ j. ol. viol. ceramem. ana ℥ j. ß. M. F. Clyſter.

℞ Stœchad. hiſſop. ana ʒ j. ſem. cartham. ʒ ß. fl. cord. ana p. ij. F. D. In colat. ℥ iiij. diſſolv. elect. lenit. vel diacathol. ℥ j. F. Pot.

Vel ℞ herb. Cichor. Endiv. Acetoſ. ana m. ß. fl. viol. bugloſſ. ana p. j. Prun. Damaſcen. nuº v. F. decoct. Colat. ℥ iiij. infund. Rhab. ʒ j. fol. ſen. ʒ ij. in expreſſ. diſſolv. ſyr. roſ. ſolut. ℥ j. M. F. Pot.

℞ fol. Sen. ʒ iij. Rhab. ʒ j. Schœnant. gr. v. F. infuſ. per noct. in decoct. fruct. mirobalan. Colat. add. ſyr. roſar. ſolut. ℥ j. M. F. Pot.

℞ Decoct. hord. ℥ vj. ol. amygd. dulc. ℥ ij. ß. pulv. aſari ℈ ij. M. F. Potio vomitoria ſi nauſea ex cruditate adeſt, ut ſolet quum ex fructuum fugacium ac putreſcibilium uſu nimio orta eſt Febris.

℞ hord. m. ij. Sem. aneth. m j. rad. aſar. ℥ ß. F. decoct. Colat. add. ol. lini vel commun. ℥ ij. M. F. Potio ad vomitum ciendum.

℞ Rad. alth. ℥ ij. sem. fœnugr. card. bened. ana ʒ ij. fl. chamæm. melilot. sambuc. ana p. ij. F. decoct. lenta. Colat. claræ add. rob. sambuc. ℥ j. M. F. Pot. sudorifica. vel ℞ aq. card. bened. ℥ iiij. lapid. bezoar. gr. v. m. detur.

℞ conserv. rosar. rub. ℥ j. spec. rosat. novell. ʒ j. diarrhod. abb. ʒ ß. corall. rub. sp. ℈ j. cum Miva cidonior. M. F. conditum.

℞ aq. rosar. ℥ iiij. borrag. bugloss. meliss. ana ℥ ij. spec. elect. de gem. frig. diamargar. frig. ana ʒ j. santal. citrin. ʒ ij. camph. ℈ ij. Mosch. gr. ij. M. F. Epit. hemapro Corde.

℞ aq. endiv. cichor. ana ℥ v. salis absynth. lapid. prunell. ana ʒ ß. santal. citrin. ʒ j. camphor. ʒ ß. M. F. Epithema pro Iecore.

APPENDIX.

Curationi Febris EPHEMERÆ *inserviens.*

Ad rectam Febris Ephemeræ Curationem primo omnium expendere oportet, utrum causam habeat permanentem, nec ne. Si enim causa non est permanens, sola eius remotio sufficit ad curationem. Ut si ex calore quoquo modo orta est Febris, refrigerare solum opus est, interdum etiam humectare, si vehemens causa fuerit: intrinsecus quidem initio, ne externa primum inducta frigiditate calidum effluvium suppressum σύνοχον simplicem vel putridam efficiat. Aërem igitur frigidum inspirare & cibo ac potu refrigerante, sed in declinatione duntaxat, uti satis est: Medicamentis enim, ubi causa permanens non est, uti supervacaneum est. Foris lavacra, perfusiones, inunctiones conveniunt. Humectatio si magnitudo causæ eam requirat, commode fit per balneum & olei dulcis inunctionem: ut quibus lassitudo, inedia, vigiliæ, curæ, ira, Venus, solis vel ignis ardor Febrem excitant. Quando vero causa

est

:ſt permanens, ut Cruditas, Bubo, Vulnus, Cutis contrictio, obſtructio, medicamentis cuique cauſæ con-/enientibus Febris depellenda eſt. Cruditas quidem i Febrem potuit accendere, nidoroſa ſit oportet, ex :alore ventriculi præter naturam aucto. Si igitur nau-ea eſt & vomendi facilitas, ſumpta potio Vomitoria ›mnem illam ex Ventriculo ſaburram educet. ſin mi-ıus; medicamento humori peccanti, naturæ ægri, æta-i, & tempori accommodato, per alvum expurganda ·ſt. Hinc ventriculus intus & extra roborandus. In ;ubone, quia Ephemera in Putridam facilime tranſire oteſt continuo humoris apti putreſcere & corrum-i affluxu, venæ ſectio neceſſaria: eſt &, ſi ſanguinis etractio ſufficiens fuerit, bubo leviter apparens mo-ice repellentibus evaneſcet, vel relaxantibus ac re-›lventibus. Sin minus, fomendo ex hydrelæo, Cata-laſmate ex rad. altheæ, lilior. alb. & ſimilibus, ad ſup-urationem veniet. Vulnus propter inflammationem ebrem excitat: ſanguinis igitur miſſio, ſi non ſatis flu-it ex vulnere, facienda eſt. Victus tenuis imperandus, : roſaceo inflammatio prohibenda. Cutis conſti-atio indicat eiuſdem laxationem. Laxant modice ılida & humida, Balneum temperatum aq. dulc., olei ulcis perfuſio, frictio modica, crebra lavatio & diu-ırna, non frigida niſi in fine. Quod ſi cauſa eſt inter-ı quæ fuliginoſam evaporationem retineat, ei occur-:ndum eſt venæ ſectione & Purgatione, poſtremo ſu-ɔrem cientibus, Balneo & frictionibus. Obſtructio uia fit à copia craſſorum humorum, aperientia, in-dentia & attenuantia indicat. Deinde ſic præpara-›s expurgare oportet per alvum & ſudores. De-ique virtutem debilitatam reficere ac roborare.

De
SYNOCHO
SIMPLICI.

FEbri Ephemeræ proxima eſt σύνοχος ſimplex, quæ Continens Latinis dicitur. Perinde enim ut Ephemera continuo citra ullam intermiſſionem donec integre ſoluta ſit, fatigat. adeo ut maioris & minoris tantum ratione, differre videantur. Soli ſpiritus in Corde fervorem nimium ſuſtinentes Ephemeram acerſunt. Sanguis vero univerſus ebulliens quaſi, tam in venis quam arteriis maioribus. unde contiuuus vaporum, uredinem præ ſe ferentium, ad cor aſcenſus Synochum iſtam concitat. Ephemeris accenſetur, quia nullam putredinis in ſanguine ſignificationem præbet, ſed in ſola non ſpirituum duntaxt, ſed totius ſanguinis efferveſcentia conſiſtit: Et quia dum efferveſcit ſanguis, diſtenduntur vaſa & laſſitudo corporis ſentitur, inflativam eam quidam appellarunt. Eos autem potiſſimum corripit qui vel temperati vel aliquanto humidiores calidioreſque ſunt, ætate media, habitu carnoſo ac vere quadrato, & quos plethora ſeu ſanguinis exuperantia & æquabilis ſuccorum redundantia premit: cæteras naturas corporiſque conſtitutiones non ita frequenter attingit.

Causæ quæ Ephemeram, eædem ſed valentiores Synochum excitant: potiſſimum vero cutis obſtructio & conſtrictio in corpore plethorico: hæc enim cum ſanguinis eventationem prohibeat calidumque effluvium, ſanguinem reflexo calore & acutiore inflammat: ut enim maximum ex calido illo effluvio & aëre ambiente frigidiuſculo intro penetrante commodum accedit ſanguini: ſic illo retento, hoc vero denegato, incommodum. Sanguinem copioſum generat victus liberalis & ἀγυμνασία curiſque exemptus: adſtrictionem cutis frigidi occurſus ex balneo adſtringente, frigida lotione vel quacunque alia ratione. In cau-

:ausarum censu etiam est consuetæ alicuius evacuatio-
ıis suppressio, ut sanguinis per uterum, nares, hæ-
norrhoides: sed sudoris etiam prodire soliti retentio.
Affectus animi ut secundariæ causæ si concurrant, non
arum ad affectus magnitudiuem faciunt. Huius Fe-
ris, quod in omnibus animadvertere est quæ à vapo-
um continuo ad cor appulsu congeruntur, tres sunt
pecies. Una ὁμότονος, quando effluvium quod retinetur
ar est ei quod expirat, & calor febrilis eundem servat
:norem, σύνοχος ἀκμαστικὸς etiam dicitur. Quod si va-
orum proventus maior est quam ut dissipari pariter
ossint, adeoque Febris subinde increscit, ἐπακμαστικὸς,
:u ἀναβατικὸς πυρετὸς appellatur. Si vero quod expirat ac
issipatur proventum superat, παρακμαστικὸς seu sensim
:crescens Febris dicitur.

SIGNA quæ Febrem antecedunt sunt lassitudo
ontanea citra ullum corporis exercitium: gravitas
rca frontem & tempora, narium quidam pruritus,
mnus solito prolixior & profundus. Quæ vero Fe-
em comitantur sunt, calor non admodum acris, sed
andus, multo tamen quam in Ephemera intensior,
m cutis madore, rubicunda facie, membrorum dis-
ısione, corporisque totius iactatione. Pulsus est
agnus, plenus, frequens ac celer: Respiratio diffi-
is: Urina solito crassior & rubicundior.

PROGNOSTICA. Febris hæc quamvis magna
pareat, quia tamen robusta corpora magis corripit
:na sanguine, nullaque habet sæva Symptomata,
:atu facilis est, & periculo vacat, solviturque vel
morrhagia copiosa, vel sudore intra diem quartum,
:, quod longissimum est, septimum: nisi insigni a-
uo errore, quem vel æger, vel Medicus, vel assiden-
commiserint, transeat in putridam, vel morbum
vissimum ex plethora nasci solitum: alias remediis
ile cedit, si recte tractetur, & nihil eorum quæ fa-
ıda sunt, omittatur. difficilior tamen est quæ sub-
e capit incrementum: facilima quæ sensim remit-
quæ vero eundem servat tenorem, eodemque ut
:pit modo perseverat, medio modo se habet.

CURATIO

Sequentibus remediorum generibus perficitur.

Diæta.

In Aër decumbat æger perflato & frigidiusculo, loco ab omni strepitu hominumque frequentia libero, instratis & appensis circumquaque foliis frondibusque virentibus.

Victus tenuis paucusque refrigerandi & humectandi vim habens præbeatur. Ut ptisanæ cremor. Iuscula è pullis gallin. & vitulina carnè confecta, & quæ ex acetosa lactuca endivia portulaca, succo ribium granat. acidor. & similium nonnihil adstringentium & refrigerantium fuerint alterata.

Potus sit Aqua hordei aut panata sacchаro aliquantum dulcorata. Cerevisia tenuis & probe defœcata. Vinum nisi paucissimum multa aqua dilutum, idque assuetis tantum, non conceditur.

Alterantibus.

Potionibus refrigerantibus, ut in Ephemera dictum est.

Frigidæ liberali haustu, si nihil impediat: Maximum enim & securissimum, præsentissimum etiam remedium est, si tempestive, præsertim frigidam bibere assuetis, detur, & nihil repugnet: alioquin in magnum æger periculum coniicitur. Usum eius prohibent ætas senilis, quia debilis: puerilis, quia convulsionibus magis obnoxia est: habitus gracilis, & extenuatus, quia sanguis præcipuum est contra vim frigidæ præsidium, & viscera in talibus facile læduntur, non sat probe adversus frigidæ occursum carnibus & sanguine munitis. Hyems quoque & cœli constitutio ac regio frigida, quia facilis in contrarium lapsus est. Præterea lenti crassique humores in prima regione contenti: cruditates,

ob-

obstructiones, tumores interni usum eius prohibent: Et quando larga venæ sectio vel hæmorrhagia præcessit, quia habitus corporis ex ea iam satis videtur refrigeratus. Neque etiam in principio vel vigore Febris danda est, nulla in humoribus apparente concoctione, aut saltem ad crisim dispositione. Sed quum in declinationem Febris vergere videtur ac sudorem copiosum elicere, tempestivum est. Videmus enim post largam aquæ frigidæ potionem sudores è toto corpore prorumpere, si modo lecto se æger tectus contineat: densatæ enim partes interiores, & solidæ corroboratæ, vaporem ad ambitum, & venæ maiores aqua frigida compressæ ad minores venas, indeque extra, fumos, fulginosos halitus, & recrementa propellunt.

ari etiam possunt & debent initio statim Clysteres refrigerantes ex decoct. Malv. Bismalv. Lact. Portul. Endiv. sem. 4. frig. mai. Saccharo rubr. ol. viol. Nymph. revellunt enim fumos ascendentes, & materiam evaporabilem educunt, refrigeriumque partibus internis æstuantibus afferunt.

xyrrhodinis ad sedandum capitis dolorem & conciliandum somnum vaporibus, eo sublutis vel discussis vel repulsis, ex aq. rosf. Nymph. Plantag. Lactucæ, oleo rosac. aceto, lacte ex semin. papaver. alb. cum aq. rosf. facto, aq. solan. Sambuc. verben. santal. rubr. & similibus.

ithemat. ex aq. rosar. viol. Endiv. Cichor. Acetos. Nymph. Borrag. Buglosf. spec. diatrion sant. diamarg. frig. de gemmis frig. aceto. Cerato santal. inguent. refrig. Galen.

tionibus Capitis, Pedum, Balneo, iis præsertim qui eo uti consueverunt, sed post Febris vigorem & partibus internis nonnihil refrigeratis: alioquin magnum esset ab eo & externis omnibus refrigerantibus nocumentum, repulso & concentrato febrili calore.

Vacuantibus.

Venæ sectione, quæ statim in principio & celerrime fieri debet: si modo Medicus tempestive vocetur: quocunque tempore fas est sanguinem detrahere si vires ferant: satius tamen multo est in principio, quia virtus validior est, & morbus minor.

Cucurbitulis cum scarificatione, quibus nefas est aliter sanguinem emittere, ut infirmioribus vel ob ætatem, vel morbum. Quo autem maius est virium robur & plenitudo apparentior est, hoc liberalius non semel tantum, sed iteratis vicibus sanguinem detrahere oportet: cum nullus sit morbus in quo hoc genus remedii magis conveniat & celerius auxilium afferat.

Purgatione ex Cass. Mann. Tripher. persic. Infus. Rhab. in aq. Endiv. Decoct. Tamarind. & Sebest. Syrup. ros. solut. ex mult. infusionibus. viol. de cichor. cum Rhab. Fernel. solut.

Pilulis si æger Potionem aversetur ex aloë rosat. De agar. c. rhab. Sine quibus, De Hier. simpl. & comp.

Clystere, & Suppositoriis.

Hoc tamen genere vacuationis quod fit per medicamenta purgantia non magna est in ista Febre necessitas, cum in plethora solum & sanguinis redundantia consistat. Sed hoc fine solum administranda purgatio est, ut ex fæcum, quæ nunquam desunt, retentione maior fumorum & olidorum vaporum qui augeant foveantque Febrem proventus excindatur.

Aperientibus.

Frictionibus totius corporis, facto à tibiis sursum initio, ut meatus & pori cutis aperiantur, omnisque ad putredinem & maius humorum incendium occasio præcidatur. Leves autem & blandæ primum fiant, ne ulla ratione sudor impediatur, sed potius promoveatur. Sudorem cient Aq. & pulvis Cardui Bened. Sal absynthii, fraxin. Arthemis. Lapis bezoar.

Cor-

CORROBORANTIBUS.

Si Febris ægrum nimis delaſſaſſe videatur, Rotul. aut Tabul. man. Chriſti perlat. Diamargar. frig. De gemmis frig. diatrionſant. diarrhod. abbat.

Conditis ex Conſerv. violar. cichor. bugloſſ. acetoſell. cum ſpeciebus diamargar. frig. ſantal. de gemmis frig. ſolutione perlar. corall. rob. de rib. berber.

THEORICA ET EMPIRICA *medicamenta pro Curatione* SYNOCHI *ſimplic. feliciter uſurpata.*

℞ ſyr. acetoſ. ſimpl. ℥ ij. limon. ℥ j. Aq. Endiv. ℥ v. M. F. Iulep.

℞ ſyr. de acetoſ. citr. granat. ana ℥ ij ß. oxyſacch. ſimp. ℥ j ß. aq. roſ. odorif. borrag. ana ℥ iij ß. M. F. Iulep.

℞ Mal. violar. Branc. urſin. Lactuc. ana m. j. hord. mug. ij. ſem. 4. frig. maj. ana ʒ j ß. F. decoct. In cuius ℔ j. colata add. caſſ. recens extract. pro clyſterib. ℥ j. ſpec. hier. ʒ j. ſacch. rub. ol. viol. Nymph. ana ℥ j. ß. ſalis parum M. F. Clyſter.

℞ Rad. oxalid. Gramin. ana ℥ j. fol. oxalid. ſeriol. ana m. j. ſem. 4. frig. maj. ana ʒ j. fl. cord. ana p. j. F. decoct. In colat. ℥ iiij. diſſolv. Mannæ ℥ j ß. ſyr. de cichor. & rhab. ℥ j. M. F. Potio purgans.

℞ herb. cichor. endiv. acetoſ. ana m. ß. fl. cord. ana p. j. tamarind. ℥ j. prun. damaſcen. nu° v. F. decoct. In Colat. ℥ v. infund. rhab. ʒ ij. cremor. tartar. ʒ j. in expreſſ. diſſolv. Mann. vel ſyr. roſ. ſol. ℥ j. M. F. Hauſtus.

℞ amygd. dulc. mund. ℥ j. ſem. papav. alb. ʒ ij. ſem. 4. frig. maj. ana ʒ j. aq. hord. ℥ vj. lactuc. ℥ iiij. F. Emulſio. quæ dulcoretur ſaccharo vel man. Chriſti. perlat. q. ſ. Detur ad ſomnum provocandum.

℞. aq. roſar. ℥ ij. ol. roſ. ℥ j. acet. roſ. ℥ ß. ſucc. ſem-

pervivi, psill. ana ℥ ß. santal. rub. ʒ j. M. F. Oxyrrhodin.

℞ aq. ros. endiv. nymph. ana ℥ iiij. spec. diatrion Sant. ʒ j. camphor. gr. v. spic. ℈ ß. acet. ros. ℥ ß. M. F. epithem. pro Iecore.

℞ aq. ros. odor. ℔. ß. borrag. buglost. acetos. ana ℥ i. pulv. diamargar. frig. ʒ i ß. croc. ℈ ß. camphor. gr. iiij. M. F. Epithem. pro Corde.

℞ unguent. ros. cerat. refrig. Galen. ana ℥ ij. camph. gr. v. F. ceratum quo dorsum & hypochondria inunguntur.

℞ conserv. viol. ℥ ij. conserv. borrag. nymph. ana ℥ j. pulv. diatragac. frig. ʒ ß. sacchar. alb. q. s. M. F. Conditum.

APPENDIX
Curationi Synochi Simplicis *inserviens.*

Quandoquidem hæc Febris σύνοχος potissimum generatur ubi supra naturæ modum aucto sanguine meatuum cutis constipatio & constructio supervenerit, ob quam sanguis commode eventari & perflari nequit, unde inflammari necesse est: quo enim uberior sanguinis copia, eo etiam uberior sequitur calidorum vaporum effluxus, & liberiorem esse transpirationem oportet, alioquin à conclusis vaporibus calor augetur, sanguis effervescit, & Febris accenditur: Manifestum est plethoram primum venæ sectione deplendam esse, quippe quæ refrigerium affert, sanguine æstuante detracto, & aëre frigido ingresso, non secus ac aqua ebulliens affusa frigida statim defervescit. Minuitur etiam vaporum proventus, unde Febris quædam remissio: natura denique à residua sanguinis effervescentia minus gravatur. Recte igitur à venæ sectione sanguinisque detractione curationis initium instituitur. Quantitas autem detrahitur quæ Febris magnitudini, si insigne afferre debet emolumentum, respondeat, considerando vires utrum tantam evacuationem

em sustinere queant, alioquin pluribus vicibus tan-
um detrahere, quantum una opus erat, necesse est:
inc meatus & poros cutis rarefacere & aperire, si non
ıris patens sed constricta videatur, oportet levibus
: blandis frictionibus, ut calidum illud effluvium
erspiret. Et ne fumi porro coacerventur, purgans
ıedicamentum aliquod conveniens exhibere condu-
it, quod primam regionem expurget magna fæcum
luvie perpetuo scatentem. His peractis intus & ex-
:a alterantibus fervor ille febrilis extingendus est:
ıtus quidem enematibus, refrigerantibus potioni-
us, aquæ frigidæ haustu liberali: quod reme-
ium præsentissimum reperitur si tempestive usurpe-
ir & quibus convenit propinetur. Ut vero confi-
entius eo utaris, expedit syrupum aliquem qui vim
igidæ nonnihil corrigat, immiscere. ut acetos. simp.
e limonibus, de succ. citri, granat. rob. de ribes, ber-
er. Quidam aquam anguriæ seu citrullli valde com-
ıendant. Foris Oxyrrhodinis, Embrocis, Lotio-
ibus, Epithemat. Denique partes debilitatas vi-
:sque reficere & corroborare oportet conservis con-
ıtis, electuariis & potionibus Cordialibus tempe-
ıtis.

DE

SYNOCHO

PUTRIDA.

Σύνοχος putrida est sanguinis effervescentia cum qua-
dam putredine, in venis & arteriis maioribus con-
nuo eodemque modo affligens, nec ante mitescens
ıt intermittens quam integre desinat: unde etiam
ræce σύνοχος, id est, continens, ut prior, appellatur.
vel tantum ex fumis continuo ascendentibus & cor
ıfestantibus discutitur ac dissipatur, quantum suc-
escit, quæ ὁμότονος & ἀκμαστικὸς dicitur: vel non pari
opia discutiuntur; quod subinde auget Febrem, ideo
ἀκμαστικὸς & ἀναβατικὸς, id est, increscens; vel plus est

quod deperit ac reſolvitur, quam quod generatur, quæ παρακμαστικὴ, ſeu decreſcentis appellationem invenit. Hanc fuliginum copiam evaporationemque facit ſanguis efferveſcens cum quadam putredinis ſignificatione: Natura vero eſt & vigor Cordis qui hos fumos reſolvit ac diſcutit pari vel maiori vel minori agendi vi qua laceſſitum ipſum veniunt. Putredo autem quæ hic intelligitur, non eſt totalis ſanguinis corruptio & putrefactio, ſed partium ſanguinis quæ facilius promptiuſque vitium concipiunt, ut ſerum & ſanguinis pars magis feculenta. Ichor quidem ſeu ſerum primo loco putredine corripitur, quia cum per cutis poros tranſpirare deberet, impedita tranſpiratione à cutis conſtrictione vel alia ratione retinetur: unde incaleſcens putredinis quandam rationem concipit: non aliter atque aër loco aliquando concluſus non eventilatus ſqualorem ſitumve contrahit, tandem putredinem: ſic etiam vitium trahunt ni moveantur aquæ. Reliqua ſanguinis portio purior alendo corpori magis idonea incaleſcit quidem, ſed quia à natura magis fovetur & conſervatur, inviolata reſiſtit. Eoſdem hæc Febris prehendit quos prior σύνοχος, ſed cauſas habet longe valentiores.

Causa proxima eſt ſanguis ebulliens in vaſis maioribus, qui continuam evaporationem & fuliginoſos halitus ad cor emittit, qualitate putrilaginoſa multo magis quam prior cor afficientes. Cauſa vero antecedens & remotior eſt non ſola cutis conſtrictio à frigore aut immodico calore aut rerum adſtringentium contactu, ſed ſpiramentorum corporis ab humorum intus contentorum copia, lentore & craſſitate obſtructio, tenues iecoris habituſq; corporis venas obſidens, quæ putredinis ſucceſſive occaſionem præbet. Etenim cum præcluſis conſtrictiſque corporis meatibus fumoſa excrementa non effluant, nulloque aëre calor & ſpiritus perflentur, neceſſe eſt ut calor corporis acrior reddatur, indeque humores qui motum caloris & ſpirituum conſequi ſolent, quique libere non agitantur, non ſolum calorem præter naturalem,

ſed

ed etiam putredinem contrahant. Lentos istos & rassos humores adeoque ipsam obstructionem generant cibi crudi crassique vel corrupti vel facile coruptibilis usus nimius: Cibus etiam bonus sed vel intempestive vel præpostere vel immodice sumptus, reentio supervacaneorum, animi pertubationes, ebrieas, somnus nimius, etiam vigiliæ, Febrem concitare possunt, in corpore præsertim disposito, quatenus orpus exsiccant, & spiritus exhauriunt: unde cruitas sequitur & obstructionibus occasio datur: reum putridarum occursus: & affectus aliquis partis aliuius internæ, ut inflammatio, tumor, dolor.

SIGNA multo sunt quam in priore magis conspicua & symptomata graviora. Calor febrilis acrior & vehementior est. Urina ab initio interdum biduo uum nondum putredo invaluit senis non multum issimilis, sed quæ postea crescente putredine crassa st, & rubore multo perfusa ac turbida sine sedimeno, quandoque copiosum & rubescens sedimentum eponit: si salutaris futura est Febris, post diem 7 obscuram exhibet coctionem prope usque ad 14, quo empore perfectæ coctionis signa apparent, nempe um hypostasi alba levi & æquali. Pulsus magnus ceer frequens inæqualis & inordinatus sentitur. Difficilis respiratio. Maior capitis dolor, inquietudo, viiliæ, appetitus deiectio, nausea. Sanguis è naribus æpe prorumpit, tensio membrorum & lassitudo mana est.

PROGNOSTICA. Quæ nullius evidentis caue vi, sed in corporis animique quiete summa ut sub noctis & somni finem suscitatur, gravior, multoque ericulosior, quam quæ prægressæ impulsu, & post diei stum, laborem vel alium quemvis excessum exorta t: quod causa ortus sui in intimo corporis recessu elitescat. Terminatur ut plurimum 7, 11 aut 14 ie, si error nullus interveniat: 7° quidem, si 4° signa coctionis evidentia appareant: 14, si 7° demum conpiciantur. Periculo non vacat & terrifica est, quæ statim

ſtatim extremos labores habet, vireſque proſternit, & quam ſæva comitantur ſymptomata, ut anxietas, repentina vultus mutatio, dıſpnœa, ventris inflatio, lacrymæ involuntariæ, frequens animi deliquium, extremorum refrigeratio citra cauſam manifeſtam: puſtulæ lividæ aut nigræ. Malum etiam eſt, à ſomno, & ad ea quæ ut Febris exigit offeruntur, male habere. Remediis convenientibus ſtrenue ſtatim oppugnanda eſt, alioquin ne morbum maiorem & deteriorem concitet, periculum imminet. Si alvus non excernit, & cervix collumque gravatur, in procinctu eſt Phrenitis aut Lethargus. Sæpe hæmorrhagia ex naribus, ſudores, aliquando ἐξανθήματα & puſtulæ rubræ aut maculæ eam ſolvunt: quæ ſi die critico poſt concoctionem, bonum: ſin contra, malum denunciant. Fluxus alvi initio magnus, vires diſſolvens, aut ex materia valde prava nigricante, mortem minatur. Facies turgida morbi diuturnitatem ſignificat. Aliquando alvi deiectio ſpontanea & ſufficiens hanc Febrem tuto & perfecte iudicat: ea enim ſola poteſt Febris materiam iam concoctione apparatam prorſus excludere, & viſcera maioresque venas illuvie ſordida obſeſſas citra virium & naturæ iacturam expedire.

CURATIO

Sequentibus remediorum generibus perficitur.

VICTUS RATIONE.

Aër, ſi adſit æſtus nimius, flabellis refrigeretur: aqua cum aceto pavimentum irroretur: parietibus frondes & rami virentes appendantur: floreſque circa lectum ſpargantur.

Cibus conſiſtentia tenuis, qualitate refrigerans & humectans, quantitate pauciſſimus exhibeatur, quemadmodum in acutis fieri conſuevit qui extremos ſtatim habent labores. Ptiſana, cremor hordei &

avenæ

avenæ conveniens cibus est. Iuscula etiam ex herbis refrigerantibus, lactuca, endivia, acetosa, & fructibus acidiusculis, ut cerasis, prunis. si ex carnibus, vitulina, pullorum gallinac. parari virium deiectio cogat, alterentur succo granat. citri, limon. ribium & berber.
ɔtus sit cerevisia tenuis vel aquâ hord. aut panata. Si magna est sanguinis ebullitio cum siti, detur decoct. tamarind. berber. & prunorum, addito modico semine fœnicul. Mulsa etiam dilutissima concedi potest.
ɔmnus suavis in Febre superveniens ne impediatur, sed promoveatur potius: vigiliæ arceantur, ut quæ vires frangere tædiumque afferre soleant.
ı fæcibus & supervacaneis omnibus excernendis magna cura esse debet, quia hæc retenta Febri fomenta ministrant, eique diuturnitatem conciliant.
ɔimus nullis perturbationibus sit affectus: sed curis omnibus depositis omnia ad hilaritatem & lætitiam componantur: & quicquid ægro ingratum putatur, removeatur.

PRÆPARANTIBUS.

r. acetos. simpl. de cichor. simp. de endiv. iuiub. viol. granat. de limon. succ. citr. acetosell. oxysacch. cum duplo aq. hord. decoct. acetos. endiv. cichor. flor. bugloss. borrag. viol. additis interdum spiritus vitriol. rectific. aliquot guttulis.
emore Tartari, Tartaro vitriolato in mulsa dilutissima vel aq. hord. saccharata dissoluto.

VACUANTIBUS.

r venæ sectionem, quæ ut principium, sic magnam curationis partem absolvit, si prout vehementia & magnitudo Febris requirit sanguis detrahatur: sic enim putredo maior inhibetur, & contracta ex ea caliditas extinguitur. si semel tantum evacuare nefas

fas est ob virium deiectionem, aliamve circumstantiæ rationem, quantum una vice morbus requirebat, sequenti die & sæpius sectio repetatur, ex vena basilica aut mediana.

Per alvum Clystere emolliente & refrigerante qui primam illam regionem ab omni illuvie penitus liberet.

Purgante medicamento quod materiam, quæ interim apparatur, blande & citra tormina deiiciat, ex Mann. cassia, fol. senæ, infus. Rhabarbari, Morsellis de citro solut. syr. de cichor. c. Rhab. Fernel. solut rosar. solut. elect. diacartham. carthartico imperial. Indo maj. Diacatholic. diamann. diacass. diaturb. c. Rhab.

Pilul. ex aloë rosata, aureis, cochiis, assaier. imperial. Arabic. sine quibus.

Alterantibus.

Iulepis refrigerantibus. Potissimum vero aq. frigidæ potu, quæ residuum fervoris febrilis post purgationem materiæ putrescentis extinguit efficacissime.

Clystere ex herb. & seminib. frigidis.

Oxyrrhodin. epithemat. Pedum lotionib. cerato refrig. Galen. santal. unguent. rosac.

Confortantibus.

Tabul. diarrhod. abbat. diatrion santal. diamargar. frig. de gemmis frig. man. Christi perlat.

Conserv. acetosell. Borrag. bugloss. rosar. viol.

Rad. cichor. condit. cort. citr. condit.

THEORICA ET EMPIRICA *medicamenta pro Curatione* Synochi Putris *feliciter usurpata.*

℞ malv. bismalv. violar. ana m. j. lactuc. mercurial. hord.

hord. ana m. ß. fl. viol. pug. j. prunor. nº vij. sem. 4. frig. maj. ana ʒ j. F. decoct. In Colat. ℔ j. dissolv. cass. sacchar. rub. ana ℥ j. ol. viol. ℥ iij. sal. ʒ ß. M. F. Enema.

℞ rhab. opt. ʒ ij. cinam. ʒ ß. fl. cordial. cichor. ana p. j. F. infus. in aq. endiv. ℥ iiij. in loco calido per noctem. Colatur. add. pulp. Tamarind. syr. viol. sol. ana ℥ j. M. F. Potio.

℞ rad. gramin. acetos. ana ℥ ß. cichor. scariol. agrimon. ana m. j. sem. 4. frig. maj. ana ʒ j. fl. cord. ana. p. j. F. decoct. Colar. ℥ iiij ß. infund. fol. senæ mund. ʒ ij. rhabar. el. ʒ i ß. cinam. ʒ ß. In express. dissolv. cathol. ℥ ß. syr. de cichor. c. rhab. ℥ j. M. F. Haustus.

℞ syr. acetos. simp. de endiv. ana ℥ ij. granat. ℥ j. aq. endiv. fl. bugloss. ana ℥ iiij. spirit. vitriol. gutt. aliq. F. Iulep. quo sæpius utatur.

℞ rad. cichor. gramin. asparag. petrosel. ana ℥ ß. fol. capill. vener. m. ß. sem. 4. frig. mai. ana ʒ ij. F. decoct. in aq. hord. ad dimid. lento igne. Colaturæ add. syr. acetos. simp. ℥ iiij. M. F. Potus diureticus.

℞ aq. cichor. solan. endiv. rosar. ana ℥ vi. acet. rosac. ℥ j ß. trium santal. troch. de camphor. ana ʒ j. M. F. Epithema pro regione hepat. & lienis.

℞ aq. scabios. borrag. bugloss. portulac. ana ℥ vi. ...ul. diamargar. frig. ℈ iiii. croc. ʒ ß. fl. nymph. ros. ...ub. ana p. ii. M. F. Epithema pro regione Cordis, in...ncto eo panno rubro & tepide admoto per horam ...nte pastum.

℞ conserv. acetos. acidi citri, bugloss. ana ℥ ß. viol. ...j. spec. diamargar. frig. diatrion sant. ana ʒ ß. diar...od. abb. ℈ j. spod. ex ebore, corall. rub. ana ℈ ß. c. ...rup. de bugloss. M. F. Conditum.

℞ conserv. bugloss. ℥ j. conserv. capill. vener. ace... ana ℥ ß. pulv. diamargar. frig. diatragac. frig. ana ... sacch. ros. tabul. q. s. M. F. Condit.

℞ conserv. rosar. acetosell. cichor. citr. Lactuc. Ital. ...dit. ana ℥ ß. santal. citrin. spec. diamargar. frig. ana spirit. vitriol. ℈ ß. cum syr. viol. q. s. M. Electuan.

℞ pulv.

♃ pulv. elect. trium santal. ʒ j. troch. è spod. è camphor. ana ʒ ß. corall. rub. ℈ ij. conserv. ros. capill. vener. ana ʒ ij. sacch. alb. in aq. ros. dissol. q. s. M. F. confect. in orbiculis pondere ʒ ii. è quibus unum sumat mane & vesperi ante pastum, deinde superbibat haustum aq. endiv.

℞ conserv. ros. ℥ ß. conserv. fl. bugloss. ʒ ii. pulv. diamargar. frig. trium santal. ana ʒ ß. corall. rub. ʒ i. cristall. ʒ ß. man. Christi perlar. in aq. rosar. dissolut. q. s. M. F. Morsell.

APPENDIX
Synochi Putris *Curationi inserviens.*

Nihil prius in istius Febris curatione fieri debet quam larga sanguinis emissio quæ pluribus vicibus iteranda est ob magnam eius necessitatem. Si tamen pluribus eam repetere vicibus vires aut quæpiam alia exceptionis ratio non permittit, humores, crura, & nates scarificare, & admotis cucurbitulis sanguinem extrahere oportet. Hoc enim remedium non solum meticulosis & debilioribus convenit: sed etiamsi maculæ & pustulæ, ut in malignis Febribus solet, foras erumpant. Nam scarificatio à centro ad circumferentiam trahit, quod in malignis Febribus maxime necessarium est. A phlebotomia statim vel paulo ante alvus emollienda est Clystere aut levi quodam cathartico. Et quia ubi vitium semel concepit sanguis subinde augetur serpitque, syrupi & potiones refrigerantes & putredinem corrigentes atque prohibentes toto Febris decursu affatim exhiberi possunt, quæ non impediunt quo minus natura morbum oppugnet & crisim moliatur, cuius indicia die 4. solet ostendere. Quod si paulo tardius vel citius appareant, si modo non prorsus mala sint nec sæva Symptomata, de salutari Febris solutione non est dubitandum. Crisim autem & conatum naturæ recte agentis cave ne intempestivo aliquo remedio interturbes,

bes, sed suppetias affer potius, eo respiciens quo natura vergit. In statu ipso, quum naturæ vincentis & morbi iam declinantis indicium est, si nihil prohibeat, frigidæ potum liberalem dabis: si quidpiam metuis, syr. de citro vel granator. vel oxysacchar. nonnihil correctum. Non enim impedit alvi solutionem, si fieri debeat, multo minus sudores, sed promovet potius, nisi insignem aliquem & evidentem errorem æger committat. Externa refrigerantia, ut oxyrrhodina, epithemata, unguenta, pedum lotiones, si non in principio, quum natura fuligines halitusque fumosos foras protrudit, sed quum sanguis detractus est, & putrescentes humores Febri fomentum præbentes expurgati, magno auxilio sunt ad reliquias Febrilis caloris extinguendum. Tandem confortare vires languentes oportet.

DE
GAVSO SEV FEBRE VULGO ARDENTE DICTA.

FEbris ardens καῦσος Græce ab æstu, ardore, incendio dicitur. . Antiquis simpliciter ἀνδρ dicta est, quia cæterarum omnium longe flagrantissima sentitur. Gallis *trousse galand*, quod robustissimos quosque in flore ætatis frequenter corripiat, eosque è medio tollat ocissime. Est autem καῦσος Febris continua & continens, à sanguine in vasis maioribus fervente & putrescente orta, maximo incendio, quod sitis implacabilis testatur, ægrum indesinenter sine ulla remissione affligens, quo à tertiana continua, quæ quandam tertio quoque die caloris remissionem habet differt, unde focum τοῦ καύσου atque incendium propius Cordi quam in tertiana continua esse necesse est. Differt etiam ab ea & Synochis aliis vehementia & magnitudine symptomatum, quorum respectu & varietate varia etiam

nomina à Græcis ipsi imposita sunt: ἀσώδης, quod per eam ægrotantes supra modum graventur, atque adeo anxii & inquieti sint, ut nullo recubare loco possint: παραξώδης, quod spectris quibusdam imaginatis terreantur, delirentque: περικαὴς πυρετὸς ob copiam caloris urentis, qui à tangentis manu vinci non potest. Et quia omnes alias Febres ardore & symptomatum vehementia exceptis pestilentibus longe superat, ὀξύτατος & καυσωδέστατος πυρετὸς appellatur. Non eodem tamen characterismo semper conspicitur, sed pro ratione corporum quæ infestat, & causarum à quibus generatur, discrimen aliquod ostendit. Unde duplex vulgo statuitur: una exquisita, in qua sanguis biliosus accenditur & putrescit, idcirco calor indesinenter urens & sitis inexpugnabilis perseverat: alia in qua sanguis pituitosus accenditur, & putrescit, idcirco nec calor nec sitis adeo infestat: utrobique sangis in vasis maioribus computrescit, sed eius constitutio illi exquisitæ seu legitimæ, huic nothæ & spuriæ nomen invenit, defectu appellationis convenientioris: neque enim quia in sanguine pituitoso incendii vehementia tanta esse nequit, quanta in bilioso, magis hæc quam illa exquisita & legitima est, sed quia vox deest quæ hanc ab illa proprie discernat.

Causa proxima & continens est sanguis in vasis maioribus Cordi propinquis supra modum effervescens, & simul putrescens, unde vapores fuliginosi putredinis consortes acres & copiosi continuo ascendunt, & Cordis actiones lædunt, viresque deiiciunt. Causa efficiens huiusmodi sanguinis est peculiaris quædam Iecoris proprietas. Materialis vero est cibus & potus calefaciendi nimia vi præditus, ex quo sanguis biliosus generatur: vel crudus refrigerans facile corrumpi aptus, immodicus, isque vel intempestive vel præpostere sumptus, ex quo pro ratione dispositionis hepatis sanguis fit minime bonus. Causæ antecedentes & externæ quæ internas movent, sunt vehemens solis ardor, ebrietas, sitis diuturna, inedia, labor plurimus, Venus intempestiva, vigiliæ immoderatæ, equitatio

vehe-

hemens sub ardente Syrio: Animi affectus spiritus & imores nimis commoventes, ut ira, furor, curæ niis intentæ. Præterea frigus ambiens repentinum calum effluvium intro repellens & cutem constrinns. In causarum antecedentium censu etiam sunt :bris Ephemera, vel συνόχος male tractata, affectus iquis corporis, ut obstructio, tumor, dolor, & si quid : huiusmodi.

SIGNA præter duo illa παθογνωμονικὰ calorem conıuo & pariter urentem & sitim implacabilem, ut diım est, eadem sunt cum aliis Febribus continuis mmunia, sed in hac exquisitiora omnia atque intenſima. Magna corporis iactatio & deiectio à magno o fervore tenuiumque vaporum acrimonia corpus ıdique lacessente. Lingua arida scabra & nigra ab dore linguæ humiditatem absumente & suas fuligi:s in lingua deponente: vox clangosa propter inoam humoris interiorem tracheæ fistulæ tunicam ımectare soliti. Vigiliæ continuæ, deliriumque equens à vaporibus acribus & ardentibus qui in cebrum efferuntur: raro somnus profundus, nec nisi in :bre minus exquisita & urente ęgrum prehendit, crasnempe tunc vaporibus in cerebrum sublatis eiusıe meatus obfarcientibus. Interdum fatigata virtuanimali sensus omnes falso quodam somno irretividentur, qui verius vigilandi impotentia est, quam mnus. Fastidium omnisque appetitus deiectio. Reiratio difficilis, & expiratio inspiratione celerior auctam necessitatem ignei halitus emittendi. O: amaror à bile tunicam ventriculi internam orì mmunem imbuente. Pulsus celer, frequens, & inæ:alis; velocior enim συστολή, quia fuligines graviter urntes, arteriæ celeri compressione conantur expelle-

Urina cruda & turbida interdum, quæ deinde ırescit, subsidentibus partibus extraneis & resoluto rbido spiritu à calore præternaturali, nonnunquam ıuis biliosissima & flammea, pauca propter copiam loris urinam adurentis & absumentis ac sudoris. :iectio nisi fęces ab ardore Febris torreantur & in-

durescant, liquida & crocea est, bile in ventrem effusa fæcesque diluente & ad exitum stimulante.

Prognostica. Causus celerrime iudicatur aut ad salutem aut ad mortem: exquisitus diem 7 non transcendit. Æstate frequentior est, hyeme si quando contingit, periculosior. Vires non prorsus deiici, etsi mala signa adsint, & bene se ad ea quæ offeruntur habere, bonum est. Si rigor die critico apparentibus concoctionis signis superveniat; solvitur morbus, non propter ipsum rigorem, sed excretionem quæ rigorem sequitur, cuius prænuntius est rigor: alioquin si nulla subsequatur excretio cum facili tolerantia, exitium potius affert, quam salutem. Etsi autem citra rigorem excretio erumpat, ut sanguinis per nares, quod huic Febri fere commune est, biliosi humoris per vomitum, alvum, urinam, vel sudoris, si modo signa bona antecedant, & alleviatio subsequatur, salutaris est. Si tremoribus delirium succedat, malum: quia transfertur humor biliosus è venis in nervos, & à nervis in cerebrum. Si Symptomata statim initio summa & magna sunt, ut anxietas, coloris faciei mutatio, sudor levis & frigidiusculus, vigiliæ, vomitus & deiectio mere biliosa, intempestive facta, nigra, livida, urina tenuis albaque: si squallescit cutis, carpuntur flocci, stragula colliguntur & convolvuntur: si extrema frigescunt, uruntur præcordia: si dies 3 vel 4 difficiles sunt, nullis apparentibus concoctionis notis, prædicenda mors est eo confidentius quo plura ex his signa apparuerint.

CURATIO

Sequentibus remediorum generibus perficitur.

Victus Ratione.

Aër quem inspirat æger sit frigidus. Æstate igitur flabello agitetur, aquæ aspersione & frequenti irrigatione cum aceto. Parietes etiam utile est obvelare linteis

linteis aqua rosacea & aceto madentibus. Humi rosæ, vitium folia cum capreolis, nymphea, lactuca, portulaca, & similes herbæ sternantur. Æger decumbat loco si fieri possit frigidiusculo ad suavem auram exposito, remota turba, quæ aërem suo halitu calefacit. Stratum sit molle, mundum, sæpiusque renovatum: lectus amplus, ut membra calefacta possit æger ad alias subinde partes transferre.

'ictus sit tenuissimus, ut solum æger ad morbi vigorem perstare possit. Cremor hordei exacte percolatus, iuscula pulli gallinac. acetosa portulaca lactuca & cæteris refrigerantibus alterata. Fructus acidiusculi cocti, ut pruna, cerasa, poma.

otus sit aqua pura & limpida, crebra transfusione extenuata, immensa panis medulla quæ fermenti acrimonia illam servato sapore emendet. Utilior est aqua hordei simplex succo mal. granati citrinive vel etiam passulis sem. anisi fœnic. cinam. saccharo temperata. Non incommodum quoque est serum lactis caprin. sem. anisi aut cinamomo correctum & saccharo dulcoratum.

igiliæ quia iuges esse solent, somnus omnino procurandus.

)uies in decubitu observanda est: nam corpus seu membra sępius de loco in locum transferre naturam magis fatigat.

)uæ excerni debent, si retineantur, Febri fomentum præbent, augentque symptomata: præsertim vero alvus, ut suum onus deponat, opera danda est.

nimi perturbationes, præsertim ira, quæ consueta magis est, abdicari debet, & bona spes ac fiducia ægro concilianda est.

VACUANTIBUS.

:r venæ sectionem, quæ quam celerrime fieri debet, quia principium morbi longius abest à iudicationibus, humores peccantes & sanguis minus distat à naturali sua constitutione: vires initio morbi sem-

pet sunt validiores, atque largam evacuationem facilius ferunt.

Morbi motus est velocissimus, qui occasionem præcipitem ostendit: denique natura refrigerationem aliquam & eventationem nacta ex venæ sectione contra morbum validius insurgit. Si tamen ab inanitione, inedia, itinere æstivo, resiccatis venis & consumpto sanguinis ichore orta sit Febris, parcendum venæ sectioni, aut parum sanguinis detrahendum, ut nonnihil sanguis eventetur. Quibus phlebotomiam non permittit ætas, sexus, vel aliud quidpiam, cucurbitulæ cum scarificatione humoris, natibus & cruribus affigantur.

Per alvum Clystere emolliente, cui adiectum sit aliquod lenitivum.

Medicamento purgante, ut Cassia cum pauco scammon præpar. in forma boli. elect. lenit. diaprun. Catholic. Indo maj. Imperial. diacartham. diasen. diamann. Syr. ros. solut. viol. solut. Fernel. solut. de cichor. cum rhab.

Per vomitum, si nausea quædam & vomendi facilitas adsit: in Febribus enim biliosis commodissime & magno ægri emolumento commovetur. Humores enim non solum è ventriculo, sed altius considentes blande educuntur ex decoct. hord. cum pauco oleo communi vel amygd. dulc. vel lini, pulveris asari non nihil admixto, vel ex aq. bened. Ruland. quæ fit ex infuso pauci croci. metall. in aq. card. bened. vel endiv.

Alterantibus et Præparantibus,

Iulepis qui calorem Febrilem mitigent & symptomatis conveniant. Syr. acetos. simp. de succo citr. limon. granat. de endiv. agrest. de cichor.

Nymph. Papav. viol. rob. de rib. berber. cum aq. acetos. frag. lactuc. aq. frigidæ potu liberali puræ & correctæ ut sup. adhibitis cautionibus in Synocho recensitis.

Apoze-

Apozemate ex passul. prun. tamarind. sem. 4. frig. maj. decoct. in aq. & Colat. addito syr. acetos. simp. viol. de cichor. de Byzant.
Clystere ex herb. & sem. frigidis.
Oxyrrhodinis epithemat., manuum & pedum lotionibus, Ceratis & Unguentis.
His autem demum locus est postquam ardor Febrilis internis refrigerantibus satis repressus & humor putrescens maiori ex parte eductus videtur: cavendo tamen ne horum usu intempestivo crisis imminens impediatur.

Restaurantibus et Corroborantibus.

Lotionibus cardiacis ex aq. ros. borrag. bugloss. meliss. cinamom. tinctura & solut. corall. perlat.
Conditis & Tabellis ex pulv. diamargar. frig. de gemmis diarrhod. abbat. diatrion sant. man. Christi perlat. conserv. acetosell. viol. cichor. bugloss. borrag. rosar. nymph.
Si malignitas quædam est, detur confect. de hyacinth. Alkerin. liberant. lap. bezoar. os de c. c.

Mitigantibus Symptomata.

Ad capitis dolorem oxyrrhodino vulgari vel cui maccago psil. addita sit. frontal. ex fl. viol. ros. nymph. santal. sem. papav. alb. contusis & aq. ros. ac nicotian. irroratis cum pauco aceto ros. vel decoct. rad. rhodiæ in aq. ros.
Ad somnum provocandum conserv. flor. nymph. lacte amygdal. emulsione ex amygd. dulc. sem. 4. frig. maj. sem. papav. alb. c. aq. hord. viol. borrag. inunctione ex unguent. alabastrin. popul. cum oleo viol. & nymph. odoramento ex flor. viol. nymph. cort. mandrag. opio croc. aq. ros. Anethi & pauco aceto irroratis. Laudano opiato ad gr. iiij. vel v. in forma pilular. vel aq. anethi dissolutio.

Ad linguæ ſcabritiem, nigredinem & ſitim. Gargariſm. ex aq. plantag. prunell. roſ. ſempervivi, acetoſ. cum pauco rob. de ribes berber. & nitro præpat. quod ſalem prunellæ appellant. Iulepis refrigerantibus. Malo citrino ſaccharo dulcorato. Foliis craſſulæ & portulac. detracta cuticula, in frigida maceratis & linguæ ſuppoſitis.

Ad ardorem reprimendum verſus declinationem fol. nymph. in frigida maceratis, & lumbis ſeu hypochondriis admotis. Linteis oxycrato madentibus plantis pedum & genitalibus obvolutis.

THEORICA ET EMPIRICA *medicamenta pro Curatione* Febris Ardenti *feliciter uſurpata.*

℞ malv. bis malv. parietar. ana m. j. lactuc. mercurial. ſempervivi ana m. ß. fl. viol. nymph. ana p. j. prun. nu° vij. F. decoct. in Colat. ℔ j. add. caſſ. ſacch. rub. ana ℥ j. ol. viol. ℥ ij. nymph. ℥ j. M. F. Enema.

℞ decoct. branc. urſin. ſeri lact. ana ℔ ß. mucilag. ſem. pſill. ℥ j ß. ſpec. hier. ʒ iij. ol. viol. nymph. ana ℥ j ß. M. F. Clyſter.

℞ alth. malv. viol. parietar. lactuc. portul. ana m. j. ſem. 4. frig. maj. contuſor. ana ʒ ij. prun. dulc. nu° ix. flor. viol. nymph. ana p. j. F. decoct. In Colat. ℥ xiij. diſſolv. caſſ. extr. ℥ j. cathol. bened. laxat. ana ℥ ß. ſacch. rubr. ʒ vj. mell. viol. ℥ ß. ol. viol. ℥ ij. M. F. Enema. Iniiciatur longe à paſtu.

℞ caſſ. rec. extract. ℥ j. pulp. tamarind. ℥ ß. ſcammon. præp. gr. v. M. F. Bol. vel diſſolv. in ſero caprino vel decoct. prun. acetoſ. endiv. addito ſyr. de cichor. cum rhabar. ℥ j. F. Potio.

℞ Decoct. hord. vel tamarind. ℥ iij. mann. calabr. ℥ j. ſyr. roſ. ſolut. infuſ. viol. ana ℥ j. M. F. Potus.

℞ Rhab. el. ʒ ij. Schœn. gr. vj. infund. in aq. vel decoct. endiv. acetoſ. tamarind. ℥ iiij. Colat. expreſſ. add. mann. ſyr. roſ. ſolut. ana ℥ j. M. F. Hauſtus.

℞ pulv.

℞ pulv. rad. asar. ʒß. aq. hyssop. card. ben ed. an ℥ ij. M. F. Potio vomitoria quando adest nausea.

℞ croci metall. gr. vj. vel viij. in nodulo infund. per noctem in aq. card. bened. ℥ iiij. cinam. ℥ ß. leviter expresso nodulo mane Infusum detur.

℞ salis vitriol. seu vitriol. albi vomitivi ʒ ß. dissolv. in iusculo, & blande vomitum provocabit.

℞ aq. cichor. portulac. ana ℥ iiij. syr. de nymph. papav. ana ℥ß. spec. diamarg. frig. ʒ ß. M. F. Potio; detur ante somnum.

℞ oxysacch. simp. ℥ ij. syr. de cichor. ℥ j ß. aq. endiv. acetos. bugloss. ana ℥ ij ß. spir. vitriol. gutt. aliquot. M. F. Iulep. aromatisetur spec. diatrion santal. ʒ ij.

℞ succ. limon. ℥ j. granat. acidor. aut acidi citri ℥ ij. aq. ros. ℥ ij. sacch. alb. ℥ iij. coq. despumando F. Iulep.

℞ sem. 4. frig. mai. ana ʒ j. lactuc. endiv. acetos. cydon. ana ʒ ij. contusa coq. in aq. hord. ℔ j. ad dimid. Colat. express. adde succi granat. acidor. ℥ j. acetosit. citri ℥ j ß. sacch. cand. ℥ ij. leviter bull. despumando F. Iulep.

℞ syr. de succ. portul. Papav. ana ℥ j. de Nymph. viol. ana ℥ ß. aq. portul. nymph. lactuc. viol. ana ℥ j ß. Aromatis. spec. diamargar. frig. ʒ ß. F. Potio.

℞ hord. excort. contus. m. j passul. enucl. tamarind. ana ℥ j. prunor. n° vij. conserv. flor. Nymph. viol. ana ℥ j. sem. 4. frig. maj. contus. ana ʒ ij. F. decoct. in aq. ℔ iiij. ad tert. Colat. add. oxysacch. simp. ℥ ij. syr. viol. de cichor. ana ℥ j ß. M. F. Apozema: detur Haustus mane & vesperi.

℞ rad. acetos. gram. cichor. ana ℥ ß. glycirrhiz. sem. 4. frig. mai. ana ʒ ij. capill. ven. endiv. ana m. j. fl. bugloss. p. j. coq. in aq. hord. q. s. Colat. add. syr. de 2. radicib. ℥ j ß. oxysacch. simp. ℥ j. spir. vitriol. gutt. aliquot. F. Apozema diureticum.

℞ aq. card. bened. ℥ iij. cinam. ℥ i. sal. absynth. ℈ i. lap. bezoar. gr. iii. M. F. Potio sudorifica.

℞ aq. ros. opt. ℥ iiij. acetos. Nymph. ana ℥ i ß. aceti

rosac. ℥ i. spec. diamargar. frig. santal. citr. ana ʒ ß. camph. ʒ ß. croci. gr. vi. Mosci gr. ij. cort. citr. ℈ i. M. F. Epithema Cordiale, quod tepidum applicetur.

℞ ung. rosac. ℥ i. fl. ros. rub. sicc. ʒ ß. santal. citr. flor. Nymph. lut. ʒ i ß. lign. aloës ℈ ß. parum calefiant: & postquam unguentum vires ex pulvere attraxit, colentur, & adde camph. gr. vi. M. F. Linimentum.

℞ flor. Cord. ana m. ß. spec. diamarg. frig. de gem. frig. santal. omnium ana ʒ i. lign. aloës ℈ i. camph. ℈ ß. croci gr. v. M. F. Sacculus pro Corde cum serico rubro. qui in aqua rosar. calefacta expressus Cordis regioni admoveatur.

℞ aq. ros. endiv. ana ℥ iij. portul. acetos. aceti ros. ana ℥ i. santal. omnium ana ℈ i. spod. ex ebore camph. ana ℈ ß. M. F. Epithema pro Iecore.

℞ ung. refrig. Gal. ol. viol. mucilag. sem. psill. aq. ros. extr. ana ℥ ß. liquescant in vase duplici. postquam refrixerint, in aquam frigidissimam demergantur, deinde subigantur succo lactuc. vel sempervivi. adde camph. ℈ ß. F. Linimentum, quo inungantur hypochondria & lumbi.

℞ ol. ros. omphac. ana ℥ i ß. ol. viol. ℥ i. aceti ros. ℥ ß. aq. ros. ℥ iij. M. F. Oxyrrhodin.

℞ ung. popul. rec. ℥ i. ol. Nymph. ros. ana ℥ ß. M. F. Linimentum quo frons ac tempora illinantur.

℞ aq. ros. ℥ iij. Nymph. ℥ ij. aceti acerrimi ℥ i ß. santal. alb. & rubr. ana ʒ i ß. camph. ℈ i. M. & in phiala agitatum sæpius odoretur.

℞ essentiæ opii ʒ ii. essent. croci cum aq. limon. extr. ʒ j. magister. hyacinth. corall. ana ℈ ß. lap. bezoar. ambr. gris. ana gr. vij. M. F. Pilulæ instar piper. quarum i. vel ii. deglutiantur.

℞ Rad. rhodiæ ℥ i ß. aq. ros. ℔ i ß. coq. ad tert. eoq. decocto panni linei madefiant, capitique imponantur. non solum enim dolorem æstumque reprimit, sed etiam caput roborat.

℞ flor. viol. ros. Nymph. ana ʒ i. santal. omnium

ana

ana ʒ i. sem. papav. albi ʒ ii. fl. chamæm. ʒ i ß. contusa irrorentur aq. rosf. & Nicotian. cum pauco aceto. ac. syndon. rubro involvantur. F. frontale.

℞. ol. rosf. viol. Nymph. ana ℥ ß. rad. rhod. ʒ j ß. succ. lactuc. solan. ana ℥ ß. ceræ q. s. M. F. Linimentum.

℞ ung. alabastrin. ℥ j. popul. ℥ ß. m. Inungantur tempora & nares.

℞ fol. salic. lactuc. Nymph. malv. viol. ana m. ij. summitat. aneth. m. j. capit. papav. alb. incisor. ℔ ij. coq. pro Pedum Lotione.

℞ amygd. dulc. ℥ ß. sem. melon. excort. ʒ vj. papav. alb. ʒ iij. decoct. hord. ℔ j ß. aq. viol. borrag. ana ℥ iij. F. Emulsio, cui add. Iulep. vel syr. viol. ℥ j.

℞ conserv. viol. nymph. rosar. ana ℥ j. caulium lactuc. Italic. condit. ℥ ß. sem. 4. frig. mai. ʒ i. syr. papav. alb. q. s. M. F. Electuarium.

℞ capit. papav. alb. cum seminib. nº iij. contund. & cum aq. aneth. ℥ ß. rosf. q. s. M. F. Cataplasma, quod temporibus applicetur.

℞ aq. prunell. plantag. ana ℥ iij. rob. de rib. ℥ i ß. nitri præpar. ʒ i. M. F. Gargarismus.

℞ mucilag. sem. psill. ℥ ß. cydon. ʒ ij. spec. diatragac. frig. ʒ ß. facchar. cand. q. s. M. F. Linctus.

℞ Decoct. c c. ℔ iij. syr. viol. ℥ iiii. F. transfusio de vase in vas, & addit. spir. vitriol. ℈ i. vel lapid. prunell. ʒ i. F. Potus contra sitim.

℞ radic. tormentill. ℥ iii. bistort. ℥ i. lactis recent. ℔ i. F. decoctio. Colat. add. tinct. corall. ʒ ß. troch. de charab. ℈ ii. M. F. Potus contra fluxum ventris immodicum.

℞ rad. tormentill. ℥ ii. consol. ℥ i ß. herb. plantag. acetosf. cichor. ana m. i. fl. rosf. rub. m. ß. F. decoct. Colat. ℔. i. add. ol. menth. myrtin. rosf. ana ℥ i. myvæ cydon. ℥ ß. M. F. Clyster adstringens.

APPEN-

APPENDIX

Curationi Febris Ardentis *inserviens.*

Indicationes præcipuæ in hac ut in aliis Febribus sumuntur ab ipsa Febre, à causis Febris, & ab ægri viribus. Febris ipsa ut vehementissima & ardentissima maxime refrigerantia & humectantia postulat: Sed Causus prẹter alterantia etiam evacuantia requirit. Remedia igitur quæ his indicationibus respondeant adhibenda sunt. E quibus primum & securissimum est venæ sectio, quæ ardorem non parum reprimit, & vitium quod est in sanguine, plenitudinemque sanguinis quæ naturæ gravis est, demit, aut saltem ne porro incalescat impedit. Nec tamen obstat quo minus natura stato suo tempore residui concoctionem ac tandem crisim moliatur ac perficiat, præsertim si statim in principio, dum adhuc vires constant, administretur. Venæ sectioni comes esse debet Cacochymiæ detractio per medicamenta purgantia: Est enim in Febre Ardente sanguinis biliosissimus, humoresque in partibus inferioribus contenti fere bilescunt, qui nisi conveniente pharmaco expurgentur, ardorque internus reprimatur, Febrem longe intensiorem reddunt. Idcirco Clysteres refrigerantes sæpius iniicere ex usu est. Cathartica eo modo præscribenda sunt quæ ægro ingrata non sint. Initio autem hæc moliri oportet, si fructum aliquem insignem sperare fas est: Nam morbus non dat inducias, & natura dum validior est minus medicamentis gravatur. Quia vero frequens est in ista Febre nausea, & ventriculus humore bilioso quem oris amaror luculenter testatur refertus est, vomitus tempestive concitatus insigne affert auxilium: non enim solum ex ventriculo, sed intimis etiam recessibus biliosos & putrescentes humores educit. Postquam causæ pro-

proximæ, nempe materiæ putrescenti, occursum t, quæ Febri diuturnitatem conciliat, affertque periculum, reliquiis expugnandis incumbere oportet, Potionibus refrigerantibus, Epithematis, Linimentis, otionibus: tuncque si nihil prohibeat, largus frigiæ haustus exhiberi potest, qui facile reliquum ardos interni extinguit. Porro in his omnibus ita versari ecet, ut nullum impedimentum naturæ recte agenti fferatur. Solet enim criticam moliri excretionem æpius per hæmorrhagiam narium: interdum per alvum, per urinam, sudores, erysipelas, pustulas: quæ si non fiat, symptomata tamen mitescant, signum est humoris Febrifici sufficientem factam fuisse vacuatione subtractionem. Et si segnius agere in critica excretione natura videatur, iuvanda est convenientibus auxiliis, eo ducendo quo ipsa vergit. Symptomata quæ ægrum adeo discruciant magna cura & cautione tractanda sunt, ne, quod excerni convenit, impediendo, & fulginosum effluvium intro repellendo, vel refrigerantibus vehementioribus, quam morbo conveniat, demulcendo, exitium certum, vel morbus alius Febre gravior inferatur. Satius enim est ægrum tantisper affligi quam mori. Ita igitur Symptomatis occurrendum est, ne quid Febri accrescat mali, sed potius decedat: quod quidem fiet si remediorum qualitas & quantitas cum morbo & Symptomatis conferatur. Et quoniam vires à Febre usque adeo urente magnopere debilitantur, non minor earum ratio habenda est, ne nimium fathiscant ac prosternantur. Itaque potiones cardiacæ restaurantes conficiendæ sunt. Morsell. Tabellæ, Gelatinæ, Condita. Et, si nutrire magis necesse est, iuris Gallin. vel Capi perfecte cocti ℥ x. accipiantur, & addit. aq. bugloss. acetos. rosar. ana ℥ ij. conserv. viol. Nymph. cichor. ana ℥ j. spec. diatrion sant. ℥ ß. diamarg. frig. ʒ ij. fol. ant. nuo vii. distillentur omnia in B.M. per alembicum vitreum, & aqua destillata ægro sæpe præbeatur. Vel in iusculo capi dissolvantur vitella ovi duo, & addito saccharo ad saporem cum pauca aq. cinam. exhibeatur.

De
TERTIANA CONTINUA.

Febris Tertiana continua ab Ardente non multum recedit. utraque enim est à sanguine bilioso in vasis maioribus effervescente ac putrescente. Sed focus ac sedes putredinis in tertiana continua paulo est quam in Ardente à Corde remotior, & putredo seu corruptio ipsa minus late patet. Hinc est quod fuligines nec tanta copia, nec continuo adeo cor petunt. quæ causa est cuiusdam remissionis tertio quoque die apparentis, unde Tertiana appellatur. Focus autem est in venis circa ventriculum, hepar, partesque vicinas; quæ ut obstructionibus magis obnoxiæ sunt, sic humores qui eo loci stabulantur facilius incalescunt ac putrescunt. Discrimen igitur patet inter continentes seu συνόχους & continuas seu συνεχεῖς: quod in illis una quasi accessio eodem modo usque ad finem perseverans: in his vero quędam sit remissio, tertio quoque die in Tertiana continua, quotidie in quotidiana, & quarto quoque die in quartana sese manifestans. Hæc porro Tertiana duplex est: una exquisita & ordinata, à sanguine pure bilioso, alternis diebus: altera notha & inordinata, à sanguine bilioso quidem, sed insuper melancholico vel pituitoso, adusto tamen, quæ die eodem semel atque iterum excandescit.

Causa proxima, ut iam liquet, est sanguis biliosus, nonnunquam simul pituitosus & melancholicus, in venis à Corde magis dissitis quam in Febre Ardente putrescens, unde vapores uredinem redolentes ascendunt, qui intemperiem calidam Cordi imprimunt. Distantia autem loci ubi generantur, & eorum minor quam in priore Febre ubertas, non permittit incēdium pariter cōtinuum esse: idcirco quodā scendit tam atrocem

:m Febrem non generat: & dissipatur etiam prope ɔtum antequam aliud in locum succedat. Sed ad caue huius cognitionem pertinet constitutionis sanguiis, & causarum à quibus talis generatur, consideraio. Sanguinem hoc vel illo modo affectum generat epar peculiari quodam vitio laborans: huic vitio ocasionem dant eduliorum nimis calefacientium, diffi:ilis tamen coctionis & impurorum, usus nimius: po:us vini meracioris, vel cerevisiæ nimis lupulatæ, vel mulsæ nimis aromatisatæ, ut in Polonia coqui solet, vel aquæ vitæ, ut vulgo appellatur. Ad huiusmodi sanguinem & intemperiem hepatis si causa quædam violenta concurrat quæ putredinem inferat, vel obstructione, vel contactu, vel peculiari quadam proprietate, ut violenta exercitatio corporis vel intempestiva mora sub sole ardente, ebrietas, vigiliæ, inedia, vehemens animi perturbatio, ut ira, excandescentia, curæ graviores, tristitia, & similia, sanguinem conclusum non eventatum, aut nimis excalefactum tandem veluti bullire & putredinem concipere necesse est, quæ pro ratione totius & præcipuarum partium, temperamenti & dispositionis, & loci in quo sanguis ille continetur, hanc vel illam speciem Febris inducit.

SIGNA & Symptomata prope eadem sunt quæ in ardente Febre. ut enim essentia non differunt, sic causas easdem & signa habent, sed causæ in ardente vehementiores, signa & Symptomata etiam graviora, in tertiana vero causæ minus efficaces & signa paulo leviora. Et quo maiorem alterutrius humoris copiam habuerit, hoc adhuc remissiora sunt omnia. Quo syncerior bilis, eo calor acrior, sitis & vigiliæ magis infestæ. Ideo autem Febris tertiana continua magis biliosa quam ardens videtur, quia sola portio sanguinis biliosa incalescit inflammatur putrescitque: in ardente vero sanguis universus in magnis vasis contentus: unde bilis prædominantis signa sunt evidentiora in tertiana: ut sunt color faciei & reliqui corporis pallidus, habitus corporis siccus, macer, gracilis, hirsutus,

futus, pilus flavus, venarum amplitudo: tales enim corporis constitutiones frequentius corripit: calor tactu acer & mordax, dolor punctorius, magna corporis iactatio: insomnia belli, furoris, ignis: deliria rixarum & iracundiæ plena: vigiliæ. Pulsus vehemens; velox, frequens & durus. Urina flava, flammea, tenuis, vomitio quibusdam deiectioque frequens. Si humores alii admisti sunt qui putrescant, eorum notæ se prodent, quas diligenter observare ad Curationem recte instituendam oportet.

Prognostica. Tertianæ continuæ, si exquisita sit, proprium est, terminari 7 exacerbationibus vel quod longissimum est 14, ad modum tertianæ intermittentis: raro enim ad diem 20. Febris protenditur. Per se quidem minime est lethalis, nisi vel error aliquis insignis committatur, vel malignitas seu vitium quodpiam internum concurrat, cui non sit proclive subsidium afferre. Crisis etsi non adeo conspicua sit, ut in ardente, quædam tamen apparet die 7 vel 14, per sudorem, urinam, alvi deiectionem, vel erysipelas, vel vitium quoddam aliud cutaneum. Quo autem maior est materiæ biliosæ in cutem eruptio, vel per alvum deiectio, hoc perfectior crisis & securior Febris solutio. Si vero eruptio critica non respondeat magnitudini Febris, vel recidiva, vel lenta solutio expectanda est. Quæ autem lethalis futura est, vires in dies magis prosternit citra ullam criticam excretionem, aut si quid excernitur die minime decretorio, naturæ fatiscentis significationem habet.

CURA-

CURATIO

Sequentibus remediorum generibus perficitur.

VICTUS RATIONE.

Aër si æstivus fuerit nullo vento frigidiusculo, ut etesiæ esse solent, perflatus, flabellis agitetur, ut auram suavem inspiret æger, quæ sua frigiditate Febrilem ardorem nonnihil reprimat. Frigida etiam cum aceto pavimentum irroretur, herbæque recentes insternantur, & reliqua administrentur ut in causo dictum est.

Cibus sit humectans ac refrigerans tenuis & paucus: paulo tamen quam in causo plenior. Cremor hordei refrigerat, humectat, abstergit, lenit, sitim compescit, nusquam ductuum viis adhærescens. Est igitur cibus accommodatissimus Febribus omnibus continuis spatium suæ durationis breve habentibus: dari debet nonnihil remittente exacerbatione. In ipsa vero remissione, quum natura minus à morbo fatigatur, sorbitio è pull. gallinac. vel columbini, vel carnis vitulinæ hœdinæve iusculo, in quo olera refrigerantia, ut lactuca, acetosa, portulaca, buglossa, & uva acerba, incocta sint. Pisces saxatiles, pruna, poma acidiuscula, cerasa condita & similia.

Potus sit aqua hordei simplex, cerevisia tenuis, aqua fervefacta ac refrigerata cum sacchari sextante, vel Iulep. ex aq. refrigerantibus cum syrupo conveniente. Conveniens etiam potus est serum lactis captini pauco cinamomo correctum & saccharo dulcoratum: refrigerat enim abstergit, alvumque lubricat.

Somnus omni studio promovendus.

D Excer-

Excerni solita sine damno retineri non possunt, ideoque ut excernantur, procurandum.

Affectus animum perturbantes fugiendi: omnibus ad gratiam ægri quoad licet comparatis, fiducia ac spe bona recreandus est.

PRÆPARANTIBUS ET OBSTRUCTIONES RESERANTIBUS.

Oxysacch. simpl. syr. acetos. simpl. granator. de limonibus, succo citri, acetosæ, de cichor. endiv. viol. rosar. de agrest. portulac. nymph. papav. oxymel. simpl.

Aq. vel decoct. endiv. cichor. acetos. lactuc. viol. rosar. portulac. cremore tartari vel tartaro vitriolato in aq. hordei saccharata vel mulsa delicatissima dissoluto.

VACUANTIBUS.

Venæ sectione si nihil impediat, & plenitudo quædam sanguinis, venarumque latitudo adsit, viresque permittant.

Fieri autem debet in declinatione exacerbationis, quum iam remissio quædam Febris apparet.

Cucurbitulis cum sacrificatione in iis quibus venæ sectio metuitur.

Clystere ex decoct. branc. ursin. sero lact. caprin. elect. lenit. bened. laxat. syr. ros. pall. de cichor. c. rhab. è flor. persicor. diaprun. diacathol. diasebest. Diacassia cum Manna. tripher. sarrac. carthartico Imperial.

Pilul. Assaier. de hier. simpl. aloë ros. Imperial. cochiis Arabic. de fumar.

Per Vomitum decoct. Eupator. aquat. asar. raphani. genist.

Infus.

ıfuſ. croc. metall. ſale vitriol. ſeu vitriolo albo vomitivo in iuſculo diſſoluto.

ALTERANTIBUS.

ıtionibus refrigerantibus. Frigidæ ad ſatietatem quum iam concocta ex urinis apparet materia Febrilis, & nihil eſt quod repugnet, Nihil enim ad infringendum calorem frigida eſt valentius. Si quid ex ea metuitur, addi poteſt oxyſacch. ſimpl. vel ſyr. de limon.

ⁿſtere ex decoct. herbar. refrigerant. ſero caprin. ut lictum eſt.

yrrhodin. Lotionibus, epithemat. ceratis. Inunctionibus, ut in aliis Febribus continuis.

RESTAURANTIBUS ET CORROBORANTIBUS.

ɔellis & conditis cordialibus. ut confect. liberant. ɛtific. Galen. alkerm. de hyacynth. tinctur. & ſoıtio corall. perlar. ſpec. diamargar. frig. de gemıis diarrhod. abbat. man. Chriſti perlat. conſerv. ol. roſ. borrag. bugloſſ. nymph. acetoſell. cort. cii condit.

ulus & Epithemat. cordialibus ex ſpec. de gem. iatragac. frig. diatrion ſant. troch. de damph. ɪrtic. citri, ſantal. cum aq. acetoſ. roſ. viol. borg. bugloſſ. meliſſ. acet. roſac.

ɔnibus ex iiſdem aq. cum ſyr. de endiv. ſucc. citr. ɪnat. limon. acetoſ.

THEORICA ET EMPIRICA *medicamenta pro Curatione* TERTIANÆ CONTINUÆ *feliciter usurpata.*

℞ flor. caſſ. rec. extr. ʒ x. pulp. tamarind. ℥ ß mann. el. ℥ ß. M. & cum ſacchar. F. Bol. Superbibat ſeri Caprin. ℔ ß.

℞ ſyr. roſ. ſolut. mann. elect. ana ℥ ijß. aq. hord ℥ ij. pulp. tamarind. ʒ ij. M. F. Hauſtus.

℞ Rad. polypod. ℥ ß. mirobal. embl. ʒ j ß. prun. Damaſc. n° ix. F. decoct. Colat. ℥ iiij. add. ſucc. roſ. pallid. ℥ ß. diarrhabarb. ʒ ij. M. F. Potio.

℞ aq. hord. alteratæ ſoncho lactuc. nymph. ſem. papav. alb. ℥ viij. Detur pro ſiti & præparatione materiæ bilioſæ Febrilis.

℞ rhab. elect. ʒ ij. infund. in ſero lact. caprin. opt. depurato & alterato lactuca: expreſſ. add ſyr. roſ. mann. el. ſucc. roſ. pallid. ana ℥ j. M. F. Potio.

℞ aq. hord. ℔ j. ſucc. endiv. ℥ ß. tartar. vitriolati ʒ ij. ſyr. de nymph. ℥ j. M. F. Potio ad ſitim & alterationem materiæ bilioſæ.

℞ ſer. caprin. ℔ j ß. ſucc. lactuc. ℥ j. lapid. prunell. ʒ j. ſacchar. ad gratum ſaporem conciliandum M. F. Potio.

℞ pulp. tamarind. caſſ. rec. extract. ana ℥ ß. ſyr. roſ. ſolut. viol. ſolut. de cichor. cum rhab. ana ℥ j. aq. endiv. ℥ ij. M. F. Hauſtus.

℞ rad. alth. ℥ j. malv. parietar. mercurial. branc. urſin. ana m. j. furfur. in petia ligat. m. ß. fl. chamæm. p. j. ſem. 4. frig. maj. ana ʒ ß. fœnic. ʒ j. F. decoct. In Colat. ℔ j. add. elect. diacathol. ℥ j. oſ. chamæm. viol. ana ℥ j ß. mell. roſ. col. ℥ j. ſal. ʒ ß. M. F. Clyſter.

℞ Decoct. hord. ℔ ß. ol. com. vel amygd. dulc. ℥ ij. M. F. Potio Vomitoria.

℞ croci metall. ℈ ß. infund. per noctem in aq. card. bened. ℥ iij. aq. cinam. ℥ ß. relicto pulvere in fundo, infuſum

ısum solmu detur, blandissime vomitum excitabit.

℞ aq. nucum. ℥ iij. succ. verben. ℥ ß. essentiæ croci r. ij. M.

℞ rad. apii, fœnic. petrosel. ana ℥ ß. sem. 4. frig. maj. na ℥ j. capill. ven. endiv. ana m. j. flor. cordial. ana p. j. oq. in aq. hord. q. s. In Colat. add. syr. de duab. radic. ; j ß. oxymel. diuret. ℥ j. spir. vitriol. rectific. gutt. liquor. M. F. Apozema diureticum: dividatur in iij. do-es.

℞ aq. card. bened. ℥ iij. lapid. bezoar. gr. v. M. F. Pot. sudorificus.

℞ rad. tormentill. pentaphyll. ana ℥ j. liquirit. ʒ ß. fl. cham. p. ij. F. decoct. in aq. hord. q. s. In Colat. dissolv. confect. alkerm. ℈ ij. M. F. Pot.

℞ aq. card. bened. ℥ iij. antimon. diaphoretic. gr. vij. M. detur ad sudorem.

℞ aq. ros. odorat. ℥ ii. aq. myrti ℥ j. aq. flor. nymph. ℥ iiij. aq. fl. viol. ℥ ij. santal. alb. & rub. ros. rub. ana ʒ j. acet. rosac. acerrimi ℥ ß. ambr. gris. vel mosch. gr. iij. M. spongia eo imbuta sæpe odoretur.

℞ aq. ros. viol. acetos. bugloss. ana ℥ j ß. acet. rosac. ℥ j. spec. diamargar. frig. de gemmis ana ℈ ij. santal. citr. ℈ j. corall. rubr. ℈ ß. camph. gr. v. croci gr. vj. mosch. gr. ij. vin. odorif. ℥ ß. M. F. Epithema pro Corde.

℞ aq. endiv. cichor. rosar. ana ℥ iiij. solan. lactuc. ana ℥ ij. aceti rosac. ℥ j. santal. omnium ana ʒ ß. spod. ex ebore, corall. rub. præpar. ana ʒ j. M. F. Epithema pro Iecore.

♃ ol. ros. omphacin. ana ℥ j ß. ol. viol. aceti rosac. ana ʒ ß. aq. rosar. ℥ iij. M. F. Oxyrrhodinon.

℞ ung. alabastrin. ℥ j. popul. rec. ℥ ß. ol. nymph. ʒ ij. mosch. gr. ij. M. F. Linimentum quo illinantur tempora & nares.

♃ ol. viol. ℥ ij. amygd. dulc. recent. ℥ j. aq. viol. ℔ ß. agitentur simul, & intincti panni pectori admoveantur.

℞ ol. viol. ℥ j. nymph. mucilag. sem. psill. in aq. ros. fact. ana ℥ ß. cum modico ceræ sæpius aq. viol.

 lotæ.

lotæ. M. F. Linimentum quo illinantur hypochondria, lumbi & spina dorsi.

℞ aq. rosar. ℔ ß. vini alb. ℥ iij. acet. ℥ ß. M. & linteum eo imbutum frigide genitalibus applicetur.

℞ conserv. viol. rosi. cichor. ana ℥ j ß. cort. citr. cond. ℥ i. spec. diamargar. frig. trium santal. diarrhod. abb. ana ʒ i. tinctur. corall. ʒ ß. aq. cinam. ℥ ß. M. F. Electuar.

℞ spec. diarrhod. abb. diamargar. frig. ana ʒ i. solut. perlat. ʒ ß. man. Christi perlat. ℥ i. sacchar. ℥ iij. M. F. Tabell.

APPENDIX
Curationi Tertiæ Continuæ *inserviens.*

Summa Curationis est alteratio humoris putrescibilis, videlicet qui in procinctu est ut putrescat, & evacuatio putrescentis. Utrique scopo propter urgentiam Febris magno studio incumbendum est. Statim igitur Clysterem emollientem & refrigerantem iniicere expedit. Deinde sanguinis missio per venæ sectionem facienda est. Verum antequam hoc fiat, diligenter advertendum, quo loco materia biliosa ferveat & putrescat. Si enim in venis partis alicuius determinatæ putresceret, tantum abest ut auxilio esset venæ sectio, ut potius in præsens vitæ discrimen ægrum coniiceret. Vacuato enim bono qui in venis communibus est sanguine, biliosus ille ex minoribus in maiores attractus ardentem Febrem biliosissimam excitaret. Sed si in venis communibus, quanquam à Corde remotioribus existat, bono successu sanguinem detrahes, die qua primum remissio quædam Febris sentitur. Ad vacuationem autem materię morbificæ non sola sufficit sanguinis detractio, sed blandis cholagogis eam porro educere oportet. Ex iis quæ id præstare apta sunt, vomitoria potissimum accommodata sunt: non solum enim

quæ

quæ in ventriculi capacitate est eiusve tunicis illuviem expurgant, sed è præcordiorum membranis, è cavis iecoris & lienis, & ex pancreate omnis generis supervacuos humores eliciunt, adeo ut vomitorio opportune dato extincta sæpe sit visa Febris. Infusum ex paucis granis croci metallor. in aq. endiv. & cardui bened. pauco si libet vino addito blandissime vomitum ciet, educitque confertim biliosam omnem illuviem. Si indicia sint non puræ bilis putrescentis, sed humoris etiam pituitosi vel melancholici, pharmacis ea admiscenda sunt, quæ hos humores præparare ac educere apta sint. Post vacuationem materiæ Febrilis alterantibus residua intemperies calida extinguenda est. Potiones igitur frigidæ id præstabunt, maxime vero aq. frigida ad satietatem epota, si nihil repugnet, eamque æger bene alioquin dispositus expetat. Sed in horum refrigerantium administratione non modo conditiones frigidæ exhibendæ sunt observandæ, verumetiam temporis morbi, videlicet ne quidquam intempestive fiat, calidum effluvium intro repellendo, sed quum sentina Febris prope exhausta iam est. Præterea & illud observandum, ne ulla materiæ eruptio critica impediatur, sed potius convenientibus auxiliis promoveatur: foris Epithemata, fomenta frigida, linimenta conveniunt In statu vires debilitatas exquisito aliquo restaurante recreare ac reficere oportet. Denique symptomatis quæ vires non minus quam ipsa Febris prosternunt, magno studio occurrendum Oxyrrhodinis, Linimentis, Potionibus Hypnoticis, Laudano opiato, si opus sit ad capitis dolorem & vigilias, linctu & gargarismis ad linguæ siccitatem & nigredinem: syrupis pectoralibus ad difficilem respirationem, Iulepis refrigerantibus & acidiusculis ad sitim, & sic de cæteris.

De
QVOTIDIANA CONTINUA.

Quotidiana continua, quam à latente & abſcondito quodam intus calore Laticam Barbari nuncuparunt, Febris eſt continuo quidem durans, ſed quotidie exacerbationem habens, quam caloris Febrilis remiſſio quædam deinde excipit. Continua eſt, quia ut cæteræ continuæ cauſam habet humorem pituitoſum ſanguini permiſtum in ipſis venis circa hepar putreſcentem, unde vapores continuo quidem, ſed in fervore materię Febrilis copioſiores, ad cor aſcendunt, eiuſque actiones lædunt.

Causa igitur proxima eſt ſanguis pituitoſus, ſive pituita ſanguini in venis permiſta putreſcens. Putredinis vero cauſa eſt prohibita tranſpiratio ab obſtructione venarum. Pituitam autem, putredinem & obſtructiones generare poſſunt uſus diuturnus alimentotum refrigerantium & humectantium, craſſæ ſubſtantiæ & difficilis coctionis. Victus plenior & largior, intempeſtive ſumptus, potus nimis aquoſus, ingluvies: vita ſedentaria, deſes & ſomnolenta; natatio in aqua frigida, præſertim mox à cibo: iter longum per nives & loca aquoſa & humida, Hę & ſimiles cauſæ diuturnitate nativam hepatis conſtitutionem immutare aptę ſunt. Poſtquam autem intemperies frigida & humida inducta eſt, ſanguis ſubinde pituitoſior cumulatur, qui quod minus ſit fluxibilis, facile obſtructionem admittit, concipitque putredinem.

Signa. Calor primo quidem attactu mitis apparet: ſed paulo poſt acris ſentitur: durat continuo citra ullam intermiſſionem: ſingulis tamen diebus, præſertim circa veſperam (quo tempore pituita magis moveri ſolet)

solet) exacerbatur atque intenditur: nullo tamen evidente horrore vel rigore, sed levi partium extremarum, ut pedum, manuum, aurium & nasi refrigeratione: idque perpetuum non est, sed in quibusdam solum continuis quotidianis. Pulsus autem non ut in aliis continuis ita est celer & frequens. Urina quoque multo minus ignea & rubra, sed crassior est. Calor faciei totiusque corporis pallidus & albicans. Symptomata non adeo infestant: vomitio pituitosa, frequens & sponte interdum erumpens. Ructus acidus, sumpta cibo nausea. Capitis corporisque gravitas & segnities. Somnus interdum gravis & profundus, multisque insomniis, quæ vel nives, vel aquas, vel submersionem sensibus interioribus obiiciunt, agitatus. Sitis fere nulla, lingua alba à pituita, quæ eam oblinit. Hypochondria quandoque tensa.

PROGNOSTICA. Longa satis est, sæpe diem 40 excedens, curatu difficilis & cum periculo coniuncta. Si virtus sit ab initio statim debilis & appetitus deiectus, lethale signum est, quia ad statum non poterit perdurare. Exacerbatio longa, virtus debilis, appetitus prostratus, somnus profundus, ægri interitum accelerans. Minus longa & periculosa est in qua plures evacuationes contingunt. Minus etiam mala quæ noctu exacerbatur, quia tempus diurnum remediis est accommodatius. Consuetum est in hac Febre ventriculum valde affici ac debilitari, unde hepatis & lienis obstructiones augentur, & ægri in cachexiam & hydropem tandem incidunt. Idcirco rite eam curari oportet, ne in hos vel graviores affectus terminetur. Si critica quædam eruptio fieri debet, per abscessus potius quam aliter iudicatur: interdum concoctione & resolutione terminatur. Nonnunquam lente & per vices singulis diebus criticis materiæ peccantis fit per alvi fluxum, vomitum, urinam aut sudorem evacuatio.

CURATIO

Sequentibus remediorum generibus perficitur.

Victus Ratione.

Aër ſit tenuis, purus, modice calidus & ſiccus.: ſi talis non ſit, igne corrigatur.

Victus ſit attenuans, incidens & abſtergens: plenior tamen quam in aliis continuis, ut virtus ad ſtatum perdurare poſſit. Cibi ſint boni ſucci, facilis co-ctionis & diſtributionis, & pauci excrementi: condiri debent attenuantibus & incidentibus, ut radicibus petroſel. fœnic. hyſſopo, thymo, ſatureia, roremarino, cinamomo, zinzibere. Panis ſit bene fermentatus & pauco ſale conditus: ei etiam fas eſt ſem. aniſ. fœnic. cumin. vel carvi admiſcere. Tempus exhibendi eſt Febris remiſſio. Utile quidem eſſet inediam præſcribere, ſi æger perferre poſſet, ſed nequit ob Febris diuturnitatem, ideoque ſenſim minuendo ad ſtatum uſque, à principio paulo pleniore uti licet.

Potus ſit Ptiſana cinam. correcta. Cerevisia aliquantum lupulata, bene cocta & defæcata, non tenuis, nec aquoſa, nec fæculenta. Vinum etiam album & mediocre concedi poteſt. Sed mulſa bene cocta & defæcata accommodatior eſt.

In Somno & Vigiliis modus teneatur, utrumque enim ſi modum excedat, malum: nam ſomnus immodicus lethargum & ſoporoſos affectus facile inducit, copioſa in cerebrum facta evaporatione: vigiliæ vero ſpiritus exhauriunt ac nimis debilitant.

Excrementa ſatius eſt paulo ſupra modum fluere, quam retineri, ac ut indureſcant permittere, unde obſtructio & Febris augeatur.

Animi perturbationes, quantum fieri poteſt, fugiendæ ſunt.

INCIDENTIBUS ET ATTENUANTIBUS, QUÆ SIMUL PRÆPARANT ET ALTERANT HUMOREM PITUITOSUM.

Syr. acetos. simp. melle rosat. oxymell. simp. & comp. syr. de betonica, de hyssop. Byzantin. capill. vener. de menth. de 2. & 5. radicibus oxysacch. aq. fœnic. asparag. gramin. hyssop. chamedr.

Apozemat. ex decoct. rad. aperit. sem. fœnic. anis. melon. herb. agrimon. hyssop. beton. capill. vener. puleg. absinth. card. bened.

Decoct. diluto ex rad. chin. salf. parill. lign. guaiac. sassafr. cum melicrato etiam dilutissimo.

VACUANTIBUS.

Per vomitum ex decoct. raphan. rad. pepon. thaps. asar. sem. atriplic. urtic. genist. aneth. aq. communi tepida cum oxymell. aq. hord. cum ol. chamæm. amygd. dulc. ol. scorpion. plumæ illito & faucibus admoto, si materia pituitosa ventriculo hærere deprehendatur, quod ex lingua alba & nausea cognoscitur.

Clystere ex herb. emoll. cum semin. lini fœnugr. elect. diacathol. diaphœnico hier. simpl. mell. ros. ol. chamæm. lin.

Cathartico phlegmagogo, ut decoct. sem. carthami herb. stœch. hyssop. rad. polypod. azar. mechoac. julepio agaric. turbith. mirobal.

Elect. diaphœnic. Indo diaturbith. cum rhabar. diacartham. confect. hamech. bened. laxat. syr. ros. pallid.

Pilul. de hier. c. agaric. mastich. stomach. alephang. cochiis, assajer. bened. Nicol. polychr. Fernel.

Diureticis ex decoct rad. aperit. ering. rubiæ, capill. vener. pimpinell. absynth. abrotan. cortic. rad. ononid. cicerum rubior. Valerian.

Sudoriferis ex decoct. pimpinell. angelic. card. bened.

c. c. rad.

.c. c. rad. chin. ling. guaiac. sassafr. sale absinth. card. bened. scabios. fraxin.

Lap. bezoar. in aq. card. bened. rob. sambuc.

Dianis. diacinam. diamosch. theriac. mithrid. confect. alkerm. Frictionibus.

ROBORANTIBUS VENTRICULUM.

Syr. aromat. rosat. diacinamom. dianis. diagalang. diamosch. diambra, diazinzib. rosat. novell. electuar. resumtiv. Duc. de gemmis.

Troch. de absinth. de ros. de eupator. qui cum syrupis vel extract. gentian. centaur. minor. card. bened. formentur in Pilulas, vel cum earum herbar. decoct. exhibeantur.

Emplastro de crusta panis, stomachic. de bacc. laur.

Linimentis ex ol. absinth. nardin. mastich. menth. macis, caryoph.

THEORICA ET EMPIRICA *medicamenta pro Curatione* QUOTIDIANÆ CONTINUAE *feliciter usurpata.*

℞ rad. malv. lilior. alth. ana ℥ j. mercurial. parietar. origan. calament. puleg. ana m. j. sem. lini fœnugr. carvi. cumin. ana ʒ ij. flor. chamęm. melilot. centaur. minor. ana p. j. F. decoct. In Colat. ℔ j. dissolv. bened. laxat. ℥ j. ol. commun. ℥ iij. M. Clyster.

℞ rad. aperit. ana ℥ ß. fol. cichor. betonic. satureiæ capill. ana m. j. sem. cartham. anis. fœnic. ana ʒ j. fl. cord. ana p. j. decoct. in s. q. hydromel. In Colat. ad dosin. infund. fol. sen. mun. ʒ iij. agar. rec. troch. ʒ i. In express. dissolv. syr. rosar. solut. ℥ j. M. F. Potio.

℞ iuris alterati cum betonic. menth. & cichor. mell. rosat. sol. ana ℥ iij. M. F. Potus.

℞ oxymell. simp. syr. de betonic. mell. ros. ana ℥ j. iuris alterati cichor. ℥ iij. M. F. Haustus humorem pituitosum præparans.

℞ aga-

♃ agaric. rec. trochisc. ʒ i ß. mann. el. ℥ i. M. & cum
h. F. Bolus.
℞ agar. troch. ℈ ii. elect. de dactyl. ʒ iij. fl. cass. rec.
r. ℥ ß. M. & cum sacchar. F. Bol.
℞ pilul. cochiar. ʒ i. mastich. ʒ ß. cum mell. ros. so-
. M.F. Pilul. Superbibatur ius alteratum cichoreo.
℞ Pilul. Alephang. ℈ ii. agar. troch. ℈ i. troch. al-
nd. gr. iii. cum mell. ros. M. F. Pilul.
℞ succi raphan. hydromel. ana ℥ ii. pulv. asar. ʒ ß.
. F. Potio vomit.
℞ sem. raphan. atriplic. ana ℥ ß. fl. chamæm. genist.
a p. i. F. Decoct. In Colat. ℥ v. add. oxymell. simp.
ß. M. pro Vomitorio.
℞ rad. gramin. asparag. ana ℥ ß. capill. ven. chamædr.
ssop. ana m. i. sem. fœnic. ʒ i. F. Decoct. Colat. ℥ vii.
d. syr. de ij. radicibus ℥ ii. Byzantin. ℥ i. spirit. vitriol.
. M. F. Apozema pro trib. dosibus.
℞ rad. asparag. frœnic. gramin. ana ℥ i. agrimon. ca-
l. vener. betonic. ana m. i. sem. card. bened. anis. ana
i. cicer. rubr. m. ß. fl. genist. p. ii. F. decoct. in hy-
mell. In Colat. ℔ j. add. mell. ros. solut. oxymell.
npos. ana ℥ vi. aq. cinam. ℥ i. M. F. apozema pro iiij.
sibus.
℞ oxymell. scillit. mell. ros. solut. ana ℥ ii. aq. Fœ-
. anis. ana ℥ iiij. M. F. Iulep. pro iii. dosibus.
℞ fol. sen. mund. ℥ ii. agar. troch. ʒ vi. mechoac. ℥ ß.
modact. turbith. ana ʒ ii. zinzib. ʒ i ß. spic. ℈ i. sem.
nic. anis. ana ʒ i. Infund. in s. q. hydromell. Colat.
l. mell. anthos. oxymell. scillit. ana ℥ i ß. sacchar. al-
. q. s. M. F. syr. de quo 5. vel 6. quoque die capiat
. vel iii. per se vel cum decoct. cicerum rubr. aut
sop.
℞ Iulep. ℈ ii. spec. diaturb. cum rhabarb. ʒ ß. M. F.
vis.
℞ rad. aperit. ana ℥ ß. asar. ʒ ii. capill. vener. hyssop.
onic. ana m. i. sem. petrosel. fœnic. ana ʒ ii.
. 4. frig. mai. ana ʒ i. cicer. rubr. ℥ ß. F. Decoct.
latura dulcoretur saccharo. F. Potio Urinam mo-
s.

℞ rad.

℞ rad. chinæ sassafr. ana ℥ j. infund. in aq. endiv. ℔ ß. vini alb. ℥ ij. per noctem. mane F. Decoct. lento igne ad tert. Colatura detur. Dosis ℥ iij.

℞ aq. card. bened. ℥ iiij. salis absinth. ʒ ß. M. F. Potio sudorifica.

℞ conserv. borrag. cichor. betonic. anthos. ana ℥ j. cort. citr. cond. rad. cichor. cond. ana ℥ ß. spec. diarrhod. abb. ʒ j. cum syr. bugloss. M. F. Electuarium.

℞ mithrid. veter. ℈ ij. conserv anthos. ʒ ij. spec. aromat. ros. ℈ j. cum saccharo M. F. Bolus ventriculum roborans. capiat horis trib. ante cibum.

℞ conserv. betonic. dianthos. ana ℥ j. spec. diarrhod. abb. de gem. frig. ana ʒ j. diatrion pip. diacalament. ana ℈ j. ol. absinth. destill. ℈ ß. cinam. gr. vij. sacchar. q. s. M. F. Morsell.

℞ absinth. menth. ros. rubr. ana m. j. mastich. cort. citr. cinam. macis, ana ʒ ij. caryophyll. galang. ling. aloës ana ʒ j. santal. omnium ana ʒ ß. M. F. Pulvis, & cum linteo tres sacculi, quorum duo madefiant in vino albo calido, & per vices calidi ventriculo applicentur, tertius deinde siccus apponatur.

℞ ol. de absinth. menth. mastich. ana ℥ ß. de spic. nuc. mosch. ana ʒ ij. pulv. macis, nuc. mosch. caryophyll. ana ℈ ß. Ceræ lotæ vino ʒ j. M. F. Emplastrum stomachale, applicetur ventriculo humoribus frigidis gravato.

℞ ol. absinth. ℥ ij. nardin. mastich. ana ℥ j. caryophyll. macis, ros. rub. nuc. mosch. spec. aromatic. rosat. ana ʒ ß. vini alb. opt. ℥ ij. coq. lento igne ad vini consumptionem. Colat. express. add. ladani ʒ ij. ceræ parum. M. F. Linimentum pro Ventriculo.

℞ succ. cichor. ʒ vj. succ. absinth. ʒ iij. aceti ʒ j. M. inungatur regio hepatis.

APPEN-

APPENDIX
Curationi QUOTIDIANAE CONTINUAE *inserviens.*

Secus in hac Febre quam in aliis continuis ſe res habet. Etſi enim ſit morbus calidus, tamen ratione materiæ Febrem generantis magis eſt frigidus. Quia igitur maius eſt periculum ex humoris peccantis natura, quam ex calore eiuſdem præternaturali, modice calefaciendum eſt & ſiccandum. Pituita vero, quia craſſa, frigida, tenax & lenta, præparanda eſt incidentibus & attenuantibus, quæ tamen initio ſint mitiora. Deinde materia prçparata & ad excretionem idonea facta, pharmacis expurganda eſt convenientibus auxiliis; ut per vomitum, ſi ventriculo hærere ſuſpicio ſit; per alvum, urinam, ſudorem. Quod quidem non una vice & ſemel faciendum eſt: ſed quiete viribus permiſſa, & horis remiſſionem aliquam habentibus, pluribus vicibus partiri evacuationem oportet, præparando humorem, & ſubinde pharmacum exhibendo humori & viribus accommodatum. Si non ſolum frigida ſit pituita, ſed vel ſalſa, vel humori bilioſo permiſta, prout ex ſignis & ſymptomatis conſtare poteſt, ea etiam pharmacis admiſcenda ſunt quæ humorem illum præparare, alterare, atque expurgare apta ſint. Et quia Febris medendi ſpatium permittit, ſyrupi, iulepi, apozemata, quæ incidendi, obſtructiones aperiendi & attenuandi humorem craſſum vim habeant, pluribus diebus exhibeantur neceſſe eſt. Neq; enim criſim, ſi quæ futura eſt, virtus moliri poteſt, antequam humor peccans ſatis ſit attenuatus; quod præſtare ipſa non valet. Venæ ſectio in hac febre locum non habet, niſi æſtus Febrilis ſit admodum vehemens, & ſanguinis non pure pituitoſi plenitudo adſit. Tunc enim ſi vires & circumſtanciæ obſervari ſolitæ permittant, eiecto prius clyſtere molliente & detergente, ab initio ſanguis detrahi poteſt,

test, ac debet, ut vires copia veluti ſarcina oppreſſæ nonnihil ſubleventur, ardor minuatur, & ſymptomata miteſcant. His omnibus ritè peractis, ventriculi & hepatis frigida intemperies atque imbecillitas tam internis quam externis auxiliis emendanda eſt.

DE

FEBRE EPIALA ET SYNCOPALI.

AD Febres pituitoſas & continuas referri ſolent Febris Epiala & Syncopalis. Epiala autem à Symptomate videtur nomen habuiſſe, ἠπίαλος enim algorem ſignificat, qui in hac Febre vehemens eſt, calor vero toto corpore mitis, atque ita utrumque inæqualiter corpus afficit. Alii ἠπίαλον appellari volunt, metaphora à maris lenitate ſumpta, ἀπὸ τῆς ἁλὸς ἠπίου φαινομένης, cum alias turbatum mare plenum timoris ſit: vel ex eo quod leniter calefaciat, παρὰ τὸ ἠπίως ἀλεαίνειν. ἤπιον enim mite ſeu blandum ſignificat. utrumque autem in hac Febre manifeſte ſentitur, calor nimirum Febrilis, & frigus: ſed non iiſdem omnino particulis. Syncopalis ſimiliter à Symptomate nomen habet: Arabes humoroſam Syncopalem appellant, ab humoris pituitoſi copia os ventriculi divellentis, unde in Syncopen ægri frequenter incidunt. Neutra manifeſtam habet intermiſſionem, ſed obſcuram duntaxat quandam remiſſionem.

CAUSA Epialæ Febris eſt humor pituitoſus in venis circa hepar & ventriculum præter naturam incaleſcens, & putreſcens, qui magis aptus eſt putreſcere: alius vero frigidiſſimus, quem vitream pituitam appellant, reſiſtens. ille calorem Febrilem inducit; hic vero ad partes ſenſiles delatus, frigus. Cauſa putredinis eſt obſtructio, contactus rei putridæ: cibus aliquis ingeſtus putrefactus vel putredinem facile concipiens: humoris

humoris vero pituitosi & pituitæ vitreæ causa est ciborum quorundam nimis refrigerantium usus nimius, cnius partes frigidiores emendari non possunt, sed eas natnra convertit,ut potest:aquæ porus. Causa adiuvans est vita otiosa: mora in aqua,ut faciunt quidã artifices, diuturna: in primis dispositio quædam hepatis frigida.

CAUSA FEBRIS SYNCOPALIS est pituitosa frigidique humoris in ventriculum illuvies, eius orificium mordicans & divellens,ac focum putredinosum in venis circa hepar & ventriculum habens. Causæ adiuvantes & antecedentes sunt eædem quæ in aliis Febribus pituitosis. Sæpe tamen Syncopis malignus quidam vapor spiritus labefactans causa est. Iis magis accidit quibus imbecillius & acrioris sensus est orificium ventriculi.

SIGNA EPIALÆ. Calor mitis quotidie, circa vesperam præsertim, exacerbationes habens, nunquam tamen, donec soluta sit Febris, intermittens. Algor & frigus in partibus externis perseverans, sed instante exacerbatione vespertina vehementius. Febrem antecedit oscitatio & pandiculatio frequens, corporisque quædam ignavia. Pulsus est parvus admodum, tardus & rarus. Urina cruda & aquosa: reliqua signa & Symptomata sunt quemadmodũ in Quotidiana continua.

SIGNA SYNCOPALIS. Peculiare est huic Febri quoties exacerbatur atque intenditur Syncopen seu Leipothymiam inducere, propter consensum qui est inter cor & orificium ventriculi, quod humoris pituitosi qualitas & quantitas naturæ gravis vehementer infestat, divellit & lancinat. Adsunt signa quæ pituitæ & crudorum humorum redundantiam demonstrant, ut sunt nausea, ructus acidus, flatus, tensio hypochondiorũ, corpus tumidiusculum & pallidũ, interdũ, presertim quum exacerbatur, ventris tormina. Pulsus minor, obscurior & magis inæqualis, quam in aliis Febribus continuis pituitosis. Urina tenuis aquosa parum tincta, divulsa & conturbata.

PROGNOSTICA. Rara est utraque Febris, ratior tamen Epiala, periculosa utraque, ratione essentiæ, quia magis quã Quotidiana cõtinua à statu naturali recedit: ratione materiæ, quæ in Epiala frigidissima est, in Syncopali

 copiosa,

copiosa, quæ symptoma periculosum inducit. Curatu utraque difficilis est, quia longa satis existens, virtus perstare vix potest, quæ alimento ægre reficitur ob corporis impuritatem, & iécoris ac ventriculi imbecillitatem.

CURATIO

Sequentibus remediorum generibus perficitur.

Victus Ratione.

Aër sit purus, nullo caloris frigorisve excessu gravis, potius tamen calidus & siccus, quam frigidus & humidus.

Victus magis attenuans & incidens quam in Continua Quotidiana: attenuans inquam non vires, quæ refici magnopere desiderant, sed materiam illam Febrilem frigidam, crassam & viscidam: ideoque calefaciens, roborans: paucus, sed frequens, optimi nutrimenti & pauci excrementi, facilis coctionis & distributionis, ne natura in eo concoquendo magis debilitetur.

Potus sit hydromel seu mulsa optime parata, in qua radix irid. acori, angelic. hyssopus, mentha, & similia, ebullierint. Cerevisia triticea purissima. Vinum mediocre, album, odorum.

Vigiliæ si infestant, somnus procurandus: contra, si somnus profundior & frequens obrepat, impediendus.

Excrementa quotidie, ut fluant, laborãdum est: &, si nimium fluant, quia vires citius deficiunt, caute fluxus est cohibendus: & ne commotis humoribus surgendo è lecto syncope subsequatur, præstat pelvi in lecto fæces excipere.

Animus omnibus perturbationibus sit exemptus, & æger iucundis rebus in gratiam ipsius comparatis occupetur.

Atte-

ATTENUANTIBUS ET INCIDENTIBUS PITUITAM.

Oxysacch. syr. acetos. simp. & comp. de succ. citri de limon. mel. rosat. oxymel. simp. & comp. scillit. syr. de ij. & v. radicib. de cichor. cum rhab. & aliis quæ in Quotidiana continua dicta sunt.

VACUANTIBUS.

Per vomitum, si nausea adsit, & ad vomendum facilitas: facilime enim ventriculus ab omni illuvie per vomitum vacuatur. Sed blandissimum aliquod vomitorium præscribendum est, ne vires nimio vomendi conatu, vel vomitu immodico, magis debilitentur.

Clystere primum incidente & abstergente, deinde leniter expurgante, ex rad. aperit. betonic. calamenth. origano, thymo, pyleg. chamæd. hyssop. marrub.

Elect. diaphœnic. lenitivo cathol. mell. ros. ol. lini, nutum, rutac.

Suppositoriis ex melle cocto & modico salis, & pulver. hier.

Decoct. mirobal. chebul. emblic. belliric. thym. rad. polypod. irid. infus. agaric. cum vino in loco calido. Iulep. elect. diacartham.

Pilul. de hiera Ruff. Lagod. comp. cum agatic. mastich. alephang. cochiis.

Per sudorem ex infus. vel decoct. rad. chinæ, salsæpa-rill. lign. guai. sassafr. card. bened. c.c. rob. sambuc. theriac. mithrid. conf. anacard. alkerm. lap. bezoar. sale absynth. fraxin. scabios. card. bened.

Frictionibus superne deorsum, primo crurum: deinde brachiorum & dorsi. lintea prius suffumigentur pulv. styrac. calam. lign. aloës, thur. mastich.

Post frictionem F. inunctio ex ol. aneth. chamæm. irin. costin. amygd. dulc.

ʒ ß. In expreſſ. diſſolv. elect. diacarth. ʒ ij. ſyr. flor. perſicor. ex 9. infuſion. ℥ j. M. F. Hauſtus.

℞ agar. rec. troch. ℥ j. hermodact. turbith. ana ℥ ß. medull. carthami ʒ vj. rad. eſul. prępar. ʒ ij. troch. alhand. ʒ ß. ſal. gem. macis, ana ℈ j. ſpec. aromat. roſ. ʒ ß. aq. cinam. q. ſ. F. Extractum phlegmagogum. Doſis ℈ j. vel ʒ ß. in forma pilulæ, vel in aq. cinam diſſolvatur.

♃ Iulepii ℈ j. pulveriſetur, & detur in hauſtu vini alb. vel cum mell. roſ. F. Pilul.

℞ conſerv. anthoſ. bugloſſ. acor. condit. ana ʒ ij. mithrid. ʒ j. ſpec. aromat. roſ. ʒ j. cum ſyr. de abſinth. M. F. Opiata ventriculum confortans. Doſis ʒ j.

℞ conſerv. anthoſ. bugloſſ. cort. citri cond. ana ℥ ß. confect. alkerm. ʒ j ß. ſpec. diambr. diamoſch. dulc. ana ℈ j. margar. præpar. ℈ ß. cum ſyrupo de ſucco citri. M. F. Conditum.

℞ ſyr. conſervat. zinzib. ℥ j ß. de citro, de pom. ana ʒ vj. aq. roriſmar. meliſſ. card. bened. ana ℥ ij. aq. cinam. ℥ ß. M Dentur ſæpe cochlearia ij. vel iij. In Febre Syncopali.

℞ ſpec. diamargar. frig. corall. rub. pręp. conf. alkerm. de hyacinth. ana ℈ i. ſyr. acetoſ. citri ℥ i. aq. bugloſſ. ℥ iiij. M. F. Potio.

℞ aq. meliſſ. card. bened. bugloſſ. ana ℥ ij. vini malvat. ℥ i ß. ſpe. diamoſch. dulc. diambr. ana ℈ ij. pulv. lign. aloës, cinamom. ana ʒ ß. caryophyll. zedoar. ana ℈ i. croc. ℈ ß M. F. Epithema cordiale.

℞ flor. cordial. ſummitat. meliſſ. ana p. ij. lign. aloës, caryoph. cinam. ana ʒ ii. ſantal. omnium ana ʒ j. croc. ℈ ß. gran. kerm. ℈ ß. moſch. ambr. ana gr. iij. M. F. Pulvis. qui inſuatur pãno ſerico raro ad formã ſcuti, pro corde.

℞ herbar. abſinth. menth. calaminth. origan. ana m. ij. fl. chamæm. melilot. ana p. ij. ſem. fœnic. aniſ. ana ʒ ij. F. Decoct. in aq. & vin. alb. ana q. ſ. ex quo ventriculus fomentetur ſpongia vel linteis eo madentibus.

♃ ol. nardin. ſtomachal. Craton. ana ʒ vi. ol. nuc. moſch. expreſſ. ʒ j. caryophyll. deſtill. gr. v. lign. aloës, galang. macis ana ℈ j. gummi tacamahac. vino malvat. ſolut. ʒ j. ceræ q. ſ. M. F. unguentum, quo inungatur regio ventriculi.

APPENDIX

Curationi Febris Epialae et Syncopalis *inserviens*.

Utraque hæc Febris, magis tamen Epiala, attenuantibus & incidentibus primum tractanda est, ut humor pituitosus crassus & tenax expulsioni fiat idoneus. In Syncopali primo vomitorium blandum convenit, quo tota illa quæ in ventriculo est humoris pituitosi illuvies expurgetur. Deinde syrupi & apozemeta attenuantia conveniunt, & per vias quæ magis conducere videntur humoris purgatio lenta facienda est, iis horis quibus remissio quædam apparet. His peractis reliquum materiæ penitius insidentis præparandum denuo est, & demum per sudores expulsio tentanda. Et tunc thermæ seu balnea parata ex radicibus & herbis incidentibus & calefacientibus locum oportunum habent. Etenim altius vis earum herbarum penetrans obstructiones dissolvit, musculis debilibus opitulatur, humores crassos attenuat, concretos diluit, cutis spiracula laxat, sudores ciet, & attenuatos humores educit. Quibus cutis constricta magis est, frictiones maxime ex usu sunt, facto initio à pedibus & cruribus ad brachia & humeros superne deorsum, linteis primum pulvere styracis, calam. mastich. lign. aloës & caryophyll. suffumigatis. Facta frictione loca illa oleo anethin. chamæm. irin. costino fovenda sunt. In syncope ori naribusque odorata admoveantur, nisi febricitans mulier sit hysterica; veluti aq. cinamomi aut lavendul. acetum infus. caryophyll. mica panis vino malvatico perfusa. quæ etiam deglutiri possunt. Ventriculus externis auxiliis est roborandus. Refecto corpore & recreatis spiritibus ad frictiones denuo redire oportet, & sudores: & demum sumpta confectione aliqua roborāte, ut diatrion piper. diacalaminth. dianthos. aurea Alexandr. ad ℥ j. in vino albo, in lecto quies imperanda est.

DE

QVARTANA CONTINUA.

Quartana continua est Febris quæ causam habet sanguinem melancholicum in venæ cavæ ramis ferventem & putrescentem, aliquando in ipsa vena portæ vel eius propaginibus circa lienem, ad differentiam intermittentis, cuius focus est extra venas: durat autem continuo, donec integre desinat, sed biduo quandam habet remissionem, & quarto quoque die exacerbatur.

CAUSA proxima est sanguis melancholicus & fæculentus in venæ cavæ ramis circa hepar, vel venæ portæ circa lienem putrescens. Causæ internæ & antecedentes sunt partium corporis præcipuarum internarum intemperies frigidiuscula, maxime vero hepatis, lienis imbecillitas & obstructio: unde rara est Quartana, quæ lienis vitium aliquod coniunctum non habeat, vel vitio ipsius non fiat. Sanguinis melancholici consueta vacuatio suppressa, vel per hæmorrhoides, vel menstrua, varices, scabiem, vel medicamentis fieri solita: Morbus aliquis melancholicus male tractatus & curatus: obstructio. Causæ externæ sunt alimenta, vel ratione suæ substantiæ crassæ ac fæculentæ, vel malæ præparationis, in melancholicum sanguinem verti apta, vini rubri vel subnigri usus diuturnus: vitæ conditio tristis, multis curis, negotiis aut literarum studiis implicita, nulla interposita animi recreatione aut corporis exercitatione, quæ nativum calorem veluti languentem excitet. Autumnus, regio aut cœli tempestas frigida & sicca, inconstans & inæqualis, ætas inclinans, sunt causæ adiuvantes & ad cumulandum sanguinem melancholicum aliquid conferentes.

Signa. Calor obtusus non vaporosus, sed acris nonnihil & pungitivus propter humoris per putredinem Febrem excitantis densitatem & siccitatem: continuus est, sed quarto quoque die intenditur & Febris exacerbatur, sine tamen frigore precedente, vel sudore subsequente. Metus ac mœstitia: somnus turbulentus cum insomniis tristitiam significantibus: solitudinem amat æger: ludicra ac rdicula, quæ seria tamen putat, commentatur. Expuitio interdum frequens molesta est, ventriculi humiditatem redundantem, vel lienis vitium humorem melancholicum non secernentis arguens. Pulsus inæqualis, parvus, tardus, rarus, & subdurus, sed in acerbatione Febris maior, plenior, & celerior. Urina cruda, crassa, aliquando subnigra, male colorata: lingua nigricans.

Prognostica. Febris est rarissima, sed satis periculosa ob humoris in venis putrescentis naturam & copiam. Cum enim ægre putrescat, magnam causam esse necesse est, quæ huiusmodi vitium & putredinem invexit: deinde quia non facile cedit remediis: longa est ad diem 40 & ultra se protendens: æstiva tamen brevior est: quæ vero hyemem attingit, longissima, quia æstate vitiosi humores ambientis calore per universum corpus diffusi minore negotio discutiuntur, spiraculis & poris totius corporis & viis omnibus calore patentibus. Frigore vero ambiente contrario modo se habent. Symptomata gravia, quæ ab iis quæ recte offeruntur non mitescunt, sed subinde augentur, mortem portendunt.

CU-

CURATIO

Sequentibus remediorum generibus perficitur.

VICTUS RATIONE.

Aër convenit temperatus, purus & lucidus.

Victus incidens & attenuans, plenior pro ratione virium & Febris diuturnitatis: humectans & aliquantum refrigerans: Alimenta sint boni succi, liquida potius quam solida, ut pullorum, carnis agninæ, vitulinæ, hœdinæ: Iuscula borragine, buglossa, viol. & succo pomorum fragrantium alterata.

Potus sit vinum album tenue, vel si mediocritatem superat, aqua diluatur. Convenit enim potius quam quodvis aliud genus potionis in hac Febre propter celerem spirituum refectionem, & quia magis exhilarat, & concoctionem frigidi humoris Febrilis adiuvat. Cerevisia tamen assuetis permittenda est, sed non aquosa nec nimis tenuis. Hydromel etiam sive Mulsa concedi potest; quæ urinam movendi & obstructiones aperiendi magnam vim habet.

Alvus si durior sit, emollienda & lubricanda est, ut quotidie respondeat, clysteribus, suppositoriis, potionibus lenitivis.

Animus curis gravibus omnique perturbatione sit solutus.

PRÆPARANTIBUS.

Aquis, syrupis & apozematis ex decoct. violar. bugloss. borragin. acetos. cuscut. thym. epithym. scolopend. herbar. capillarium, lupul. fumar. cum syr. de fumar. Byzantin. de cichor. adianth. de 2. & 5. radicib. de pomis. Spiritus Salis, Nitri, Vitrioli, Tartari, in vino vel dictis syrupis admistus, ut & cremor Tartari, Tartarus vitriolatus, potenter humores viscidos & crassos incidunt, attenuant & leniter expurgant.

Obstuctiones Aperientibus.

Præter iam dicta præparantia, conveniunt Decoct. & syr. ex radicib. aperitivis, acori, angelic. aristoloch. chamædr. lapath. lupul. absinth. scilla. summitat. aneth. agni, centaur. minor. sem. agni, rubiæ, card. bened. fœnic.

Oxymel. simp. comp. scillit. Decoct. salsæparill. sassafras.

Syr. acetos. citr. de limonib. oxysacch. capill. vener. absinth.

Vacuantibus.

Clyster. ex rad. petrosel. gramin. polypod. alth. herb. malv. parietar. mercurial. marrub. chamæm. centaur. min. betonic. fumar. hier. Ruff. conf. Hamech. diaphœnic. diacathol. melle anthosat. ol. aneth. chamæm.

Decoct. stœchad. epithym. polypod. cassuth. fumar. senæ, mirobal. Ind.

Syr. de pomis, fumaria, epithym. polypod. melle viol. oxym. scillit.

Electuar. lenit. diaprun. diasen. cathol. hamech. pulv. senæ prep. Tripher Sarracen. ex quib. fieri possunt infusiones, tincturæ, extracta.

Pilul. de fumar. Ind. assaier. cum ellebor. aggreg. hier. Ruff. troch. scillit.

Frictionibus, postquam humor melancholicus attenuatus est & magna parte expurgatus.

Venæ sectione ex vena sinistri brachii interna, iniecto prius enemate, statim initio, nisi quid vehementer repugnet. In venis enim cavæ proximis sanguis putrescens venæ sectione distrahitur & refrigeratur.

Ex hæmorrhoidibus per hirudinum applicationem: ex iis enim venis sanguis melancholicus proxime ex foco Febris, venis portæ & liene, educitur.

Robo-

ROBORANTIBUS.

Aquis Cordialib. ſyr. de ſucco citri eiuſque corticib. granat. limon.

Conſerva borrag. bugloſſ. viol. meliſſ. tunic. anthoſ.

Electt. de gemmis lætific. Galen. conf. alkerm. de hyacinth.

Spec. dimargar. calid. diamoſch. dulc. diarrhod. abbat.

Corticib. citri conditis, zinzib. mirobalan. condit.

Epithematis, fomentis, ſacculis, ex cuique parti roborandæ appropriatis, ut meliſſ. thym. origan. puleg. calaminth. ſalvia, flor. cordial. ſtœchad. ſem. fœnic. aniſ. card. bened. ſantal. & ſpecieb. cordialib. temperatis.

THEORICA ET EMPIRICA *medicamenta pro Curatione* QUARTANÆ CONTINUAE *feliciter uſurpata.*

℞ rad. gramin. cichor. ana ℥ j. parietar. mercurial. marrub. ana m. j. epithym. ſcolop. beton. ana m. ß. fl. fumar. centaur. min. chamæm. borrag. bugloſſ. ana p. j. F. Decoct. In Collat. ℔ j. diſſolv. hier. Ruff. conf. Hamech. ana ʒ ij. mell. viol. ſacch. rub. ana ℥ j. ol. aneth. chamæm. ana ℥ j ß. Salis parum. M. F. Enema.

℞ rad. cichor. ℥ j. cort. cappar. tamariſc. fraxin. ana ʒ iij. ſummit. fumar. ſcolop. meliſſ. ana m. j. F. Decoct. In Colat. ℥ iiij. add. fol. ſen. mund. ʒ ij. In expreſſ. diſſolv. cathol. ℥ ß. diaſen. ʒ ij. ſyr. de pom. ℥ j. aq. cinam. ℥ ß. M. F. Potio.

℞ aq. borrag. bugloſſ. meliſſ. ana ℥ iiij. ſyr. Byzantin. de acetoſ. citr. oxyſacch. ſimp. ana ℥ i. M. in ii. vel iij. Doſes.

℞ rad. bugloſſ. polypod. q. gramin. fœnic. aſparag. ana ℥ ß. ſummitat. lupuli, ſcolop. cuſcut. ana m. j. fl. ſtœch. cordial. ana m. ß. ſem. 4. frig. min. ocimi, fœnic.

ana

ana ʒ j. coq. in aq. hord. ad ℔ j. Colat. add. ſyr. de pom. viol. ana ℥ ij. tunic. acetoſell. ana ℥ j. aq. cinam. ℥ ß. M. F. apozema. in iiij. doſes.

℞ rad. polypod. q. ℥ ß. ſcolopend. cuſcut. capill. ven. ana m. ß. fl. cord. ſtœch. ana p. j. epithym. ℥ ß. fol. ſen. ʒ iij. F. Decoct. In Colat. diſſolv. elect. diacathol. ℥ ß. iterum coletur, & add. ſyr. de pom. viol. ſolut. ana ℥ j. M. F. Hauſtus.

℞ pulv. ſen. præpar. ʒ j. cinam. elect. ℈ j. cum ſyr. conſervar. zinzib. & ſacch. F. Bolus.

℞ maſſ. pilul. Ind. aggreg. ana ʒ ß. cum ſyr. de lupul. M. F. Pilulæ.

℞ fibrar. ellebror. nigr. ʒ vj. agar. rec. troch. ℥ j. fol. ſen. mund. ℥ ij. turbit. hermodact. ana ʒ ij. ſem. aniſ. fœnic. ana ʒ j. cort. citr. ʒ ß. caryoph. macis, cinamom. ana ℈ ij. infund. in vini alb. aq. meliſſ. ana q. ſ. per triduum vaſe vitreo op. clauſo in B. M. Deinde fiat ebullitio levis. In expreſſ. clarific. add. ſyr. de pom. redolent. ſucc. roſ. pall. ſacch. roſ. ana ℥ iij. F. ſyrupus. Doſis ℥ ij. vel iij.

℞ conſerv. fl. cordial. temperat. ana ℥ j. cort. citri condit. ℥ ß. ſpec. diamarg. frig. de gem. ana ʒ ß. ſyr. de pomis q. ſ. M. F. Electuarium.

℞ ſpec. ad epithema cord. temperat. ana ℥ ß. aq. cord. ℔ ß. aceti ℥ j. vini malvat. ℥ ij. M. F. Epithema pro corde.

℞ ſpec. diamoſch. dulc. ʒ ij. diamb. ʒ j. ſem. citr. c. c. præp. ſpod. ana ʒ i. ligni aloes, caryoph. ana ʒ ß. aq. meliſſ. ℥ v. aceti ℥ j. vini ℥ ij. M. F. Epithema.

℞ conſerv. fl. borrag. ℥ ij. conſerv. capill. ven. viol. ana ℥ j. ſpec. diamarg. frig. ʒ ii. de gemmis ʒ i. ſyr. de pom. q. ſ. M. F. Conditum: de quo ſumat quotidie mane & veſperi duabus horis ante cibum cochlear unum, & ſuperbibat hauſtum vini alb. aq. borrag. dilutum.

APPEN-

APPENDIX
Curationi QUARTANÆ CONTINUÆ *inserviens*.

Quoniam in hac Febre materia peccans potestate frigida est & sicca: frigiditas autem calore putredinali obtunditur: siccitas vero augetur: parcius calefacere & attenuare, magis vero humectare oportet. At quia vires Febris continuitate valde atteruntur, reficere & confortare opus est, cavendo à violenter vacuantibus. Itaque præmisso Clystere vena brachii sinistri tundenda est dum vires adhuc constant, si nihil prohibeat, detrahendo sanguinis quantum requirit morbus & vires permittunt, vel si Lien affectus est, aut in venis portæ sanguis melancholicus febrilis continetur, ex venis hæmorrhoidalibus. Hinc præparetur humor peccans primum mitioribus iis, quæ simul fervorem contemperant & putredinem sistunt, ut syr. viol. bugloss. borrag. si biliosum humorem in vitio simul esse significatio est, oxysacch. syr. de endiv. acetos. simp. de succo citri, veniendo ad syr. de fumar. absinth. epithym. lupul. de pom. de polypod. Et quum signa concoctionis adsunt, dilutum fol. sen. cum pauco scammon. præp. aliaque blande purgantia ex usu sunt, alternatim humorem præparando, vires reficiendo, & purgando. Quum iam inclinare Febris videtur, sudores promoventia, balnea & frictiones conveniunt, si natura nullam criticam excretionem materiæ morbificæ fecerit, vel factura sit. Lienis si quod vitium remansit, eius ratio habenda sanguinis missione ex hæmorrhoidibus, appropriatis syrupis, apozematis, foris inunctionibus, fomentationibus, emplastris, & similibus.

DE FEBRE PESTILENTIALI.

FEbris Pestilentialis est ex continuarum putridarum genere: malignitas solum quæ extremum vitis affert periculum discrimen facit, speciemque seu membrum aliud continuarum putridarum constituit. Pestis vulgo & communiter nuncupatur, Græce λοιμὸς, & λοιμώδης πυρετὸς, νόσος ἐπιδήμιος: interdum absolute ἐπιδημία legitur: quemadmodum sæpe Latinis *Contagium*, & Gallice, *la Contagion*, pro ipsa Peste accipitur. Nonnunquam *morbus* κατ' ἐξοχὴν, seu *malum* dicitur. Gallice *la maladie*, quod morbos universos seu mala omnia magnitudine & truculentia superet, vel suo quasi sinu complectatur. Italice *il morbo*. Sed magis exprimit tum morbi feritatẽ, quum eius causam, Polonica dictio *morovve povvietrze*, id est, aër mortiferus, & *mor*, à moriendo, quod eo aëre homines moriantur. Pestis autem seu Febris Pestilentialis hic proprie intelligenda est maligna cordis affectio à spiritali quadam essentia genita, cordi tota substantia peculiariter adversa, & contagiosa, omnes eius actiones subito & ἀγρίως lædens. Alias enim latius sumitur Pestis appellatio pro generalissimo omnium epidemiorum & malignorum morborum genere. Est tamen differentia quædam inter Pestilentiam seu Pestem & Febrem Pestilentialem statuenda. non enim essentia & formali ratione, quæ utrobique eadem est, sed accidente ac secundum magis & minus tantum differunt, quod Febre Pestilentiali laborare aliquis possit, qui tamen alios inficiendi vim nondum habeat, Pestilentia vero passim semper grassatur. Illa primum incipit, & paulatim sæviendo in hanc demum transit. Porro spiritialis illa essentia celerrime humores in Corde corrumpit & spiritus labefactat,

quæ corruptio putredo quædam est exquisitissima, quæ citra ullam sui imminutionem sese in immensum diffundit ac multiplicat, longe aliter quam tinctura illa decantata Philosophorum, cuius determinata est actio & facultas tingendi matallum sibi ἀνάλογον, atque ideo Febris ex huiusmodi putredine orta recte ex putridarum continuarum genere esse dicatur.

CAUSA proxima & συνεκτικὴ Febris Pestilentialis est spiritalis quædam essentia, quæ ex termino seu postremo gradu summæ corruptionis & supremæ illius malignitatis promanat, cuius soboles est Contagium, & quidam veluti characterismus: quod inde liquet, quia quocunque se ingerit, è vestigio corrumpit exiguo discrimine subiecti præparationis & dispositionis. Quamvis enim nõ omnes moriuntur contagio isto pestilente infecti, omnes tamen magnam in se sentiunt alterationem & periclitantur. Quanto autem maior est gradus iste corruptionis & putredinis, tanto est deterior & magis contagiosa νοσηρὰ ἀπόκρισις, quæ ex eo exhalat. Causa antecedens est putredo quæ sensim eo provecta est, ut spiritalem illam essentiam possit producere. Sic videmus, ex causis putredinis leviores primum morbos grassari in vulgus, qui in dies magis sæviunt, donec consummata putredine erumpat ipsa Pestis. Causæ vero huius putredinis aliquando in nobis sunt & generantur potissimum à victu pravo, quali, qui annonæ caritate in castris, in urbium obsidionibus diuturnis vivunt, uti coguntur: cibis scilicet & aquis corruptis, famem sitimq; explendi causa, unde sanguis impurissimus generatur, qui cum diu à natura regi non possit, tandem corrumpitur, & pestilentem naturam induit: Talis est qui ex frumento lolio commisto, & alimentis fulmine vitiatis, panico vetere, hordeoque corrupto generatur. Interdum humor aliquis in nobis, præcipue vero sanguis alicubi conclusus, putrescendo tantam labem contrahit, quæ veneni rationem tandem subit. Sed sæpius in aëre latet Pestis causa, citra ullam ab inferioribus malignam exhalationem: quando videlicet non eventatur & libere perflat. ut enim per

motum

motum ipſius perpetuum impeditur corruptio & putredo: ſic quieſcens ſquallet & facile putreſcit. ut videre eſt in ædibus privatis, quando aër diu concluſus retinetur. cum enim non recipiat influxus cœleſtes & radios ſolares perinde ut is qui omnia pervadit, neceſſe eſt ut corrumpatur. quemadmodum accidit in aquis quieſcentibus, quæ ſi tantam noxam afferunt, motu ſolo ac eventatione deſtitutæ, multo magis aër concluſus radios ſolares non recipiens noxius evadit. Obſervatum enim eſt, ex aëre in cavitatibus ſubterraneis diu concluſo exitum tandem quærente terræ motus extitiſſe, unde eo diffuſo Peſtes graviſſimæ ſunt ſecutæ. Peſtilens etiam ſæpiſſime redditur ex vaporibus ſive exhalationibus, quæ aſcendunt ex terræ hiatibus, ſpecubus & antris metallicis, ex quibus quia calidæ & ſiccæ ſunt, fiunt cometæ, fulgura, tonitrua mephitica, & alia huiuſmodi meteora ignita dicta, quæ dum diſparent ac reſolvuntur & in aërem evaneſcunt, non raro eum polluunt tetroque odore inquinant. Præterea ex aquis corruptis, navium ſentinis, caſtrorum inquinamentis, cloacis, cadaveribus ſine ſepultura iacentibus & putreſcentibus. Ex inſolenti aliqua mutatione, ab inſignium quorundam ſyderum exortu occaſuque producta. Denique ex peculiari in cœlo influxu, ex quo truculentiſſima omnium Peſtis oritur, admirandum Dei peccata punientis flagellum. Cauſis hiſce Peſtem inferentibus veneficia etiam annumeranda ſunt. Notiſſimum enim eſt, in multis paſſim regionibus veneficos & ſagas Peſtem excitare, eamque diu longeque propagare, pulveribus quibuſdam & ſeminibus per plateas, compita & vicos ſparſis, vel in unguenti formam accommodatis, quo ianuas ædium inungunt, ut qui vel leviter eas attigerit Peſte mox corripiatur. Quinimo fuerunt maleferiati, qui ob ſuſpicionem Peſtis domo eiecti urina propria equos vicinorum in pratis ſtabulantes conſpergerent, ut ſeſſores inficerent: alii qui lotura cadaverum noctu olera in hortis vicinorum pollverent: alii qui cute porcina leviter aſſata & cadaveribus affricata domos vicinorum ſeu limina inungerent,

rent, unde innumeros infectos atque interfectos constat. Corripit hæc Febris obvios quosque, inprimis quibus iam est morbosus aliquis apparatus: & eos qui imaginatione & vehementi mortis apprehensione consternantur, pavent, anguntur, diffidunt: huiusmodi enim animi perturbationes absumunt spiritus & exsiccant sanguinem: unde calor naturalis debilitatur & frangitur: atque ita inquinamenta pestifera in aëre volitantia & quaqua versum diffusa facile recipiuntur.

CAUSÆ hæ simul etiam Signa sunt quibus Pestem imminentem prædicere liceat: Aër enim ut causa communis conservationis omnium viventium & quæ terra suo sinu fovet commune pariter malum propagat à salubri sua constitutione desciscens. Quum igitur aëris austrina constitutio caliginosa & turbida perseverat, morbi primum in teneram ætatem, deinde in adultos passim grassantur. Fungorum, boletorum, ranarum, bufonum, murium, muscarum, culicum aquis supervolitantium, papilionum, scarabæorum, aranearum, blattarum, locustarum, erucarum, & similium reptilium insectorumque solito numerosior proventus. Plantarum marcor insolitus, qui ad frugem eas pervenire non sinit, aut si quem fructum proferunt, is nec odorem, nec colorem nec saporem habet consuetum. Quum panis aëri nocturno expositus facile mucescit: carnes breviore quam alias tempore putrescunt & corrumpuntur, Pestem imminere ac prædicere fas est.

SIGNA pro cuiusque naturæ & causarum à quibus Febris Pestilentialis generatur ac circumstantiarum ratione diversa sunt. Calor foris non admodum vehemens, intus vero exurens, ut ægri tegi se non patiantur. Pulsus & parvus & profundus, celer, frequens & inæqualis, invalescente autem veneno celeritas aboletur, etsi propter parvitatem & frequentiam, celeritatis speciem præ se fert. Respiratio quoque frequens & inæqualiter magna, ac sæpe graveolens. Urina quandoque sanis est persimilis, nonnunquam tenuis & cruda,

aliquando craſſa & turbida, qualis iumentorum, cum ob caloris imbecillitatem urinam elaborare non valentis, tum ob ingentem humorum agitationem & perturbationem: ſæpe ſubnigri ac plumbei coloris, caloris extinctionem ſignificantis: non raro fœtida & in ſuperficie oleaginoſa, veluti tela aranearum ſupernatante, quæ colliquationem denotant, ex alvi fæcibus multo magis evidentem, quæ ſpumoſæ valde, fœtentes & glutinoſæ apparent, unde fluxus colliquativus & Peſtilentialis vocatur. Appetitus plane deiectus, vomitio & ventriculi morſus. Corporis inquietudo perpetua: virium repentina proſtratio, anxietas, delirium, vigiliæ: nonnunquam veternus & ſopor: abolita memoria, aurium tinnitus, ſurditas: linguæ balbuties: Cordis palpitatio frequens, ſyncope & leipothymia: Sudor copioſus, fœtidus, inordinatus. Sed hæc Signa cum aliis morbis plurimis & Febribus continuis ſunt communia. Magis propria Febri Peſtilentiali ſunt, quod in multos repente ſerpit, & interimit: quod ἐξανθήματα & maculæ pulicum morſibus ſimiles, interdum lividæ & nigricantes, toto corpore apparent, modo plures, modo pauciores, pro ratione cauſæ intus agentis, & naturæ patientis. Bubones interdum enormes in collo, ſub axillis, in inguinibus: & carbunculi, qui non ſolum extra prorumpunt, ſed intus etiam quandoque ſummo cruciatu generantur.

P r o g n o s t i c a. Febris Peſtilentialis nulli ætati eſt addicta, propter contagium per quod propagatur, omnibus peræque adverſum: Tamen cachecticos, bilioſos, & iuvenes magis quam ſenes prehendit. Quovis anni tempore graſſatur, & perinde hyeme atque æſtate, vere ac autumno incipit. Tamen quæ vere vel æſtate incipit, hyeme ſolet deſinere: Quæ vero autumno vel hyeme, longius protenditur. Ad interitum ſæpius terminatur 24 vel 30 horarum ſpatio: interficit interdum die 3, 4, & 5: raro ad 7. vel ultra extenditur. Nam accidentia & ſym-

ptomata adeo ſæva vix aliquam ſperare ſalutem permittunt: adde quod morbus contagioſus multos arcet à ſubſidio ferendo. Si qui tamen ex infectis evaſuri ſunt, id tum ſperare oportet quando bubones ſubito erumpunt ad locum minus periculoſum, cum remiſſione ſymptomatum, & mox ad ſuppurationem feſtinant. Pariter maculæ quando prodeunt multæ magnæ rubentes: quando aſſumpta non revomuntur, ſudores critici alleviantes fiunt: vires non adeo collabuntur, & melius ſe habent ægri ad ea quæ offeruntur: Sæpe tamen extremis omnibus apparentibus non pauci eluctantur ac veluti ex orci faucibus eripiuntur. Ex iis autem quæ mala ſunt, prorſus lethale eſt tumores in loco periculoſo tardius erumpere, minores atque intro recurrentes. Ἐξανθήματα etiam & maculæ paucæ, lividæ, violaceæ, nigræ, & quæ intro ſubeuntes deliteſcunt. Virium languor ſubinde maior, anxietas, καρδιαλγία, vomitus frequens: vultus horridus, ſudores frigidi, inordinati, fœtidi, fluxus colliquativus. Cæterum quia graſſante Peſte non minor eſt cura ſeſe ab eo præſervandi, quam infectos curandi, ideo præſervandi ſeſe rationem, quæ Curationi etiam non parum conferet, præmittere operæpretium eſt.

PRÆSERVATIO A PESTE

Sequentibus remediorum generibus perficitur.

Victus Ratione.

Aër, quia eius vitio Pestis ut plurimum generatur, vitiosus in primis fugiendus est, vel si non licet, corrigendus, ut quam minimum nocere possit. Primo igitur causas omnes à quibus vitium contraxit, quantum fieri potest removere oportet, & quicquid fomitem circumferre aptum est. In domo mundities, in vestitu nitor, in victu salubritas observetur. Cœlo sereno fenestræ aquilonem spectantes apertæ sint, ad austrum clausæ, ut inducto aquilonari vento aër ventiletur Si desit ventus salubris, vel magna sit aëris tranquilitas, clausis ianuis & fenestris odoramenta in domo parentur, hyeme quidem suffitus ex trochisc. Cypriis, Galliæ, & alipt. mosch., ligno aloës, oliban. styrac. myrrha, nuc. mosch. fl. salv. anthos. lavendul. cass. lign. cinam. caryophyll. bacc. iuniperi, sabinæ, cort. citr. limon. aurant. pomor. redolent. Ignis clarus ex ligno quercino, sarmentor. salic. iuniperi, & similium, quoad licet, nunquam desit, ut si qua intro subit impuritas absorbeatur. Æstivo vero tempore folia vitis recentia, nymph. salic. viol. borrag. bugloss. cichor. humi spargantur: aqua frigida cum aceto pavimentum frequenter irroretur. Lintea & panni aq. rosac. nymph. adiecto aceto rosac. madentes lecto circum tendantur; floresque rosar. viol. borrag. bugloss. nymph. & similium sternantur, atque undequaque gratus odor nares subeat: ut enim fœtor spiritus offendit fugatque, sic odor gratus recreat & reficit. Quos negotia ut domo exeant, cogunt, munire se adversus contagium oportet. Ii igitur corpus lavent aq. naphæ dicta, & aliis odoratis

odoratis, rosſ. angelic. lavendul. aceto in quo alexiteria maduerint. Balſamo aliquo, oleo ſcorpion. cum aceto opt. nares & tempora inungant. Pomum odoratum ex ladan. ſtyrac. rad. ireos, angelic. aromatis, addito aceto opt. moſch. ambr. cum mucilag. tragac. paratum hyeme circumferant. Æſtate vero ex roſ. rubr. ſtyrac. calam. flor. cordial. ſantal. citrin. ſucco citri, limon. arantior. camphor. moſch. & ambr. exigua portione. Ex his etiam & ſimilibus ſacculi cordiales parari poſſunt & regioni cordis admoveri. Præterea tabellas, morſellos, trochiſcos peſtilentiales, electuaria, continuo ore continere ad arcendam omnem aëri circumfuſam impuritatem ne intro ſubeat, non parum conducit: egreſſus ſit cœlo ſereno, & tempore matutino potius quam pomeridiano vel veſpertino, non nimis tamen matutino, ſed poſtquam nebulæ vel caligo omnis diſcuſſa eſt. Et ſi cum ſuſpecto, ut omnes ſuſpecti eſſe debent, ſermo habendus eſt, non facies ad faciem vertatur, ſed paululum avertatur, & ventus ſecundus obſervetur.

In Cibo & Potu mediocritas ſervanda: ebrietas enim & ſatietas naturæ gravis eſt, & obſtructiones generare apta. Cibus omnis ſit exquiſite paratus, putredini reſiſtens, boni ſucci, pauci excrementi, & facilis concoctionis: denique herbis & ſuccis cordialibus temperatis conditus. Satius autem eſt uno ferculo ad palatum accõmodato & ſalubri veſci, quam ſimul pluribus. Inedia valde infeſta eſt, ideoque pro conſuetudine cibo uti convenit, nec unquam exeundum eſt ieiuno ventriculo, ne partes famelicæ aërem inquinatum celerius attrahant.

Potus ſit vinum tenue odoriferum, hoc eſt, non nimis generoſum, vel ſi tale eſt, aqua temperetur. Cereviſia iucundi ſaporis, bene cocta ac defæcata. Probatur potus conditus abſinthio, pimpinella, bugloſſa, meliſſa, ex quibus & aliis paretur nodulus qui in potu ſuſpendatur. In æſtu nimio aq. hordei aut ſaccharata, cui prius incocta ſit c. c. limatura, aut

mixta cum citri vel limonum ſucco, Iulep. roſar. & oxyſacchar.

Excrementa quęvis retinenda non ſunt, ſed promovenda ſi ſegnius effluant: quicquid enim eorum excerni ſolitum, ſi ſupprimatur, corpus ad Peſtem excipiendam magis diſponet: ut enim foris mundities, ſic intus quam accuratiſſime fovenda eſt: ſpurcities & fœtor eſt domicilium Peſtis; ut videre eſt in urbibus; compita & vici anguſtiores ſordidioreſque inprimis inficiuntur.

Exercitatio corporis moderata cibũ antecedat, ut tanto ſuavius ingeratur. Crebra & magna inſpiratione in locis præſertim ſuſpectis Peſtis ſeminaria per aërem quaquaverſum diffuſa confertim attrahuntur, ideoque ab ea cavendum eſt: & à venere balneiſque laconicis, quæ laxam nimis cutem efficiunt, intromittendis aeris inquinamentis aptiorem.

In ſomno & vigiliis mediocritas ſervetur: utrumque enim ſi modum excedat, malum: Somnus quidem, præſertim diurnus, quia cruditates parit, evaporationem ad caput ex ventriculo excitat, humoreſque commovet, unde catarrhus ſolet accidere. Vigiliæ, quia ſpiritus diſſipant.

Animi perturbationes fugiendæ ſunt; inprimis terror, metus mortis, anxietas, diffidentia: viſi enim ſunt qui ad occurſum infecti vel funeris conſternati Peſte prehenſi ſunt: inde eſt quod dici ſolet, imaginatio inducit caſum. Contra animus præſens & imperterritus minime omnium afficitur. Itaque ſorte Deo commiſſa, animum ad prudentiam ſtabilem minimeque fluctuantem, ad ſecuritatem, confidentiam & alacritatem, componere oportet.

Præparantibus Humores.

Si corporis conſtitutio fuerit billioſa, ſyr. acetoſ. ſimp. de endiv. cichor. viol. ſucco acetoſæ, acetoſit. citri granat. limon. de agreſt. cum aquis endiv. cichor. portulac.

portulac. acetoſ. citrangul. fragar. roſar.

Si melancholica, ſyr. de thymo, epithym. borrag. bugloſſ. fumar. cap. ven. cum aquis cordialib. meliſſ. fumar. tamariſc. ſcolopend.

Si pituitoſa, ſyr. de eupator. hyſſop. de 2. radicib., melle roſar., ſyr. Byzantino, acetoſ. comp. oxymell. ſyr. de praſſio menth.

Cum aquis hyſſop. agrimon. eupator. menth. calaminth. ſcabioſ. pimpinell. ſerpill. capill. vener. ſalviæ. maioran. tormentill. ſcord. card. bened. vel ſolo decocto ligni ſaſſafras.

Si mixti ſunt humores, præparantia etiam permiſta erunt, ætati, tempori, regioni & cæteris circumſtantiis accommodata.

VACUANTIBUS.

Venæ ſectione ſi adſit plethora. Cucurbitulis cum ſcarificatione, fonticulis in crure & brachio, quibus magnus eſt ſuccorum pravorum proventus.

Manna, caſſia, infuſ. ſen. diaprun. ſolut. elect. lenit. catholic. de ſucc. roſ. viol. ſyr. de cichor. cum rhabar. Fernel. ſolit.

Pilul. Ruffi de aloe roſat. Marocoſtin. Aquæpend. de rhabar. Craton. tabul. liberant. cum aloe.

Morſell. de citro ſolut.

VENENO PESTILENTI RESITENTIBVS.

Ut ſunt alexipharmaca ſimplicia ex radicib. angelic. ariſtoloch. biſtor. gentian. myrrhid. ocymi, petaſit. tormentill. ſchorzoner. zedoar. raphan. allium.

Ex herbis abſinth. arthemiſ. borrag. bugloſſ. centaur. min. chelidon. mai. corall. dictamn. meliſſa, pimpinel, ruta capraria, & vulgaris ſcabioſa,

 ſcordium,

ſcordium, ſuccisa, ſcorzoner. thapſ. barbat. tanacet. Valeriana, verbena, vincetoxic. Imperator. millefol. ulmaria.

Ex florib. borrag. bugloſſ. calendul. hyperici, caryophyll. croci, nymph.

Ex ſeminib. card. bened. citri, ocymi, coriandr. acetoſ. gran. iuniperi, kermes.

Ex fructibus ficus, nuc. iugland. avellan. nux moſch. cardamom. mala citri, limon. granat.

Ex lignis ſaſſafr. aloes, cinamom. iuniperi, ebur, fraxin. ſandal.

Ex terris bol. Armen. terra ſigillat.

Ex ſuccis concretis myrrha, aloë, maſtiche.

Ex lapidibus & gemmis corall. lapis bezoar. margarit. rubin. ſmarag. hyacinthus, ſapphir. granat. topaz.

Ex iis quæ ab animalibus deſumuntur, c. c. os de c. c. unicornu, moſchus, zibeth. ocul. cancri.

Compoſita ſyr. acid. citri, limon. granat. de ſucco acetoſ. bugloſſ. borrag. cort. citr. ſcabioſ. ſcord. card. bened.

Conſerv. anthoſ. roſ. rub. acetoſæ, acetoſellæ, fl. cor. dial. caryophyll. calendul.

Pulveres imperial. aureus de ſem. citri, rubeus, Saxonic. ſ. Moibani.

Electuar. de nucib. theriac. diateſſar. confect. liberant. cordial. de hyacinth. alkerm. de bolo, theriaca ſmaragdina, andromach. mithridat. theriaca Guidon. Arnold. Villanov. aurea Tabernæmont. Matthiol.

Paracelſ. elect. de ovo, diamoſch. dulc. diambr. diamargar. de ligno aloës, de gemmis, diaſcordium.

Ex his omnibus varie præparatis & vario modo permiſtis variæ medicamentorum formulæ parari poſſunt; ut aquæ theriacles, olea, balſama, unguenta, electuaria, condita, conſervæ, ſyrupi, Iulepi, vina medicata, pulveres, trochiſci, morſelli, tabellæ, rotulæ, ſuffitus, ſacculi, odoramenta, poma ambræ dicta.

Chymici ſua etiam oſtentant alexiteria, extracta, tincturas,

ctûras, balsama, magisteria, elixiria, essentias, salia, aquas theriacales: ut sunt elixir proprietatis Paracelsi, elixir pestilentiale Cröllii, flores sulphuris myrrhati, spiritus tartari, nitri, salis, vitrioli, cinabrium antinomii, bezoarticum minerale, turpethum, antimonium fixum, aurum diaphoreticum, & plurima alia, quę rite pręparata, & iusta dosi exhibita, insignem habent penetrandi facultatem.

THEORICA ET EMPIRICA *medicamenta pro* PRÆSERVATIONE A PESTE *feliciter usurpata.*

℞ rad. polypod. ℥ ß. rad. cichor. acetos. passul. mund. fol. sen. ana ʒ ij. borrag. bugloss. pimpinell. scabios. ana m. ß. fl. cordial. ana p. j. sem. fœnic. citri, acetosæ, rasuræ c. c. ana ʒ ß. F. Decoct. ad dosim. In Colat. macerentur horis duab. rhabarb. elect. ʒ ij. cinam. ʒ ß. In express. dissolv. syr. capill. vener. ℥ j. M. F. Potio.

℞ rad. cichor. ℥ ij. acetos. polypod. passul. mund. ana ℥ j. tormentill. dictamn. helenii ana ℥ ß. sem. card. bened. ʒ ij. calend. succis. scabios. meliss. endiv. scariol. borrag. bugloss. agrimon. capill. vener. ceterach. scolopend. ana m. j. fl. cord. betonic. genist. verbasci, ana p. j. sem. fœnic. citri, anisi, acetos. ana ʒ j. F. Decoct. ad ℔ i ß. In fine add. agaric. rec. troch. ℥ ß. rhab. el. infusi in aq. card. bened. ʒ ij. cinam. ʒ j. croci ʒ ß. In express. dissolv. sacchar. albiss. ʒ ij. F. syrupus. dosis ℥ ij. ex cochleari vel cum aq. cardiaca.

℞ aq. card. bened. succis. scabios. bugloss. ana ℥ ij ß. syr. de limonib. capill. vener. ana ℥ j. M. F. Iulep. ad ij. doses ante pastus.

℞ rad. helenii, uvar. passar. rad. cichor. ana ℥ j. rad. gramin. oxylapath. rasur. c. c. ana ʒ ß. F. Decoct. ad ℔ j. add. capill. ven. succis. pimpinell. borragin. acetos. absinth. ana m. ß. sem. fœnic. card. bened. citri, acetos. ana ʒ j ß. In Colatura dissolv. syr. de limonib. ℥ iiij. F. Apozema clarum. aromatisetur cinam.

℞ rad. polypod. cichor. cort. rad. capparor. tamarisc. passul. ana ℥ ß. capill. vener. agrimon. buglosf. endiv. scariol. pimpinell. succisæ, ana m. ß. dictamn. fl. cordial. ana p. j. sem. card. bened. citri acetos. fœnicul. anisi, ana ʒ j ß. fol. senæ mund. ℥ j. F. decoct. in aq. card. bened. add. in fine agaric. alb. ℥ ß. cinam. zedoar. ana ʒ j. In expression. dissolve syr. de limonib. ℥ iij. M. F. Apozema in tres doses.

℞. flor. sulphur. sublimat. cum aloë, myrrha, & croco ʒ j. myrrh. ammoniac. opt. ana ℈ ij. croci ℈ ß. cum syrup. acetos. citri. M. F. Massa. & F. Pilul. vij. pro una dosi semel in hebdomad. usurpandæ.

℞ aloës ʒ iij. dissolv. in aq. endiv. & extrahatur tinctura, cui inspissatæ add. rhab. elect. ʒ j. bol. arm. santal. citrin. ana ʒ ß. camph. gr. v. M. F. Pilulæ.

℞ syr. capill. vener. cort. citr. oxymell. s. ana ℥ j. aq. card. bened. scabios. buglosf. ana ℥ ij. spirit. vitriol. gutt. aliquot. M. F. Iulep.

℞ aq. card. bened. scord. ana ℥ iij. Pimpinell. scabios. ana ℥ ij. acet. opt. suc. citri, ana ℥ j. mell. opt. despum. ℥ iij. M. F. Oxymel. Dosis ℥ ij.

℞ extract. rhabarb. ʒ j. rhab. aq. cinam. adspersi, conserv. rosar. ana iij. sacch. alb. in aq. ros. dissolut. ℥ iiij. M. F. Rotulæ vel morselli pondere ʒ iij.

℞ fol. sen. mund. ℥ j ß. mechoac. ℥ ß. zedoar. cort. citr. galang. ana ℥ j. fl. cordial. ana p. j. sacchar. ℥ j. affund. vini alb. q. s. stent in infusione diem integrum vel biduum. deinde colentur. F. Potus clarus seu Claretum.

℞ mass. pilul. Ruff. ℥ j. aq. mellis ℥ vij. F. Infus. per triduum, post destilla in B. Dosis ℥ j ß. quotidie.

℞ conserv. fl. cordial. caryophyll. ana ℥ j. tert. sigill. bol. armen. rosar. c. c. ana ʒ ij. marg. præp. ʒ i. ambr. gris. gr. vij. syr. de succo citri, q. s. M. F. Opiata cardiaca calidis naturis conveniens.

℞ consetv. ros. rub. fl. cotdial. beton. caryophyll. ana ℥ i. mithrid. ℥ ß. theriac. venet. ʒ ii. pulv. c. c. ʒ i. margar. præp. ʒ ß. terr. lemn. bol. armen. ana ʒ ii. mosch. gr. v. cum syr. conservat. cort. citri cond. M. F. Opiata.

Dosi

Dosi ʒ i ß. hora somni, cui superbibantur aq. scabiosæ ℥ ij. bis terve in hebdomad. pro frigidioribus.

℞ theriac. mithridat. ana ℥ iij. spec. elect. de bolo ℥ ij. spirit. vini opt. aceti rutac. ana ℔ ß. succ. rad. pimpinell. limon. ana ℥ iij. F. distillatio in B. Liquori qui extillavit add. theriac. opt. ℥ iij. servetur ad usum.

♃ gran. juniperi ℥ iij. caricar. ping. nu° vj. nucleor. nuc. iugland. ℥ iiij. conserv. fl. borrag. bugloss. ana ℥ ij. theriac. mithrid. ana ℥ j. cum syr. de limonib. F. Electuarium.

℞ huius electuar. ℔ j. vel ℔ ß. spirit. vini malvatici, aceti rutac. succ. rad. pimpinell. limon. ana ℔ ß. destill. in B. liquori adde theriac. ℥ ij.

♃ bol. armen. terr. sigillat. rad. helenii, tormentill. pimpinell. angelic. imperat. sigill. Salomon. ana ℥ ß. caryophyll. cinam. lign. aloës, ana ʒ j. santal. rubr. ʒ ij. theriac. opt. ℥ j. affund. spir. vini opt. q. s. F. Mistura vel extractum, de quo exigua portio quotidie sumatur in aq. cordial.

℞ theriac. opt. ℥ ij ß. mithrid. ℥ j. corr. citri odoratiss. ʒ iij. rad. angelic. dictamni alb. petasit. Valerian. ana ʒ ij. fol. scord. card. bened. veronic. dictamn. veri, ana m. ß. lign. sassaf. ℥ j ß. bacc. iuniperi ʒ iij. pulveres pulverisanda. M. & infund. vini alb. odorat. ℔ ij ß. aq. card. bened. ℔ j. post aliquot dierum infusionem destill. in vase vitreo ex B. lento igne. Conservetur in vitro & aromatis. santal. citr. ℈ ij. lign. aloës ʒ ß. mosch. ambr. ana ℈ ß.

℞ scord. ℥ ß. card. bened. summitat. c. c. debito tempore collecti & præpar. succ. scord. ana ʒ ij. rad. petasit. sem. citri excort. veronic. ana ʒ j. corall. rub. præpar. ʒ j. M. F. Pulvis tenuissimus. Dósis ana ℈ ij. ad ʒ j ß.

℞ extract. card. bened. scord. Olsnicij, ana ʒ ß. ol. destill. angelic. ℈ ß. facch. in aq. scord. dissol. q. s. M. F. Rotulę.

℞ extract. angelic. valerian. helenii baccar. iuniperi, zedoar. tormentill. ana ʒ j. croci ℈ ß. lact. sulphur. ℈ j. oss. de c. c. ʒ ß. solut. perlat. corallor. lapid. bezoar. salis rutæ, absinth. ana ℈ j. ol. destill. citri ℈ ß. confect. alkerm.

alkerm. ʒ j. conſerv. roſ. bugloſſ. runic. ana ℥ j. cum ſyr. acetoſ. citri vel tunic. q. ſ. F. Miſtura. Doſis magnitudo 2. vel 3. piſtorum ſeu ʒ j. quotidie.

℞ radic. angelic. Valerian. Olſnicii, zedoar. ſcorzoner. tormentill. ana ℥ j. fol. ſcord. card. bened. dictamn. veronic. rutæ, ana m. ß. cort. citr. baccar. iuniperi, ana ℥ i. ſem. citr. ℥ ß. affund. aceti deſtill. q. ſ. F. Extractum, cui add. ol. deſtill. citri ℈ ß. ſalis fraxin. abſinth. ana ʒ j. doſ. ana ʒ ß. ad ʒ j.

℞ rad. tormentill. ℥ ß. c. c. uſti, boli armen. ana ʒ iij. terr. ſigill. ʒ ij. corall. rub. præpar. margar. præpar. ana ʒ j. ſpec. liberant. ſine aloë ʒ ß. cum ſacchar. F. Rotulæ pro infantibus.

℞ conſerv. borrag. bugloſſ. roſar. ana ℥ j. cort. citr. cond. ℥ ß. ſpec. diamarg. frig. ʒ ß. cord. temperat. ʒ j. fragm. gemmar. ℈ ß. bol. arm. zodoar. tormentill. ana ʒ ß. croci ℈ j. cum ſyr. de cort. citri ſine moſcho, de acetoſ. citri, ana q. ſ. M. F. Electuarium.

℞ ladan. puriſſ. ʒ ij. rad. ireos ʒ j. caryophyll. nuc. moſch. cinam. ana ʒ ß. camph. ℈ ß. ol. deſtill. rutæ gutt. vij. angelic. gutt. v. caryophyll. gutt. ij. nuc. moſch. expreſſ. ℈ ß. moſch. zibeth. ambr. ana gr. iij. cum mucilagine tragac. in aq. roſ. fact. M. F. Pomum odoratum.

℞ ſtyrac. calam. benzoin. ana ʒ ß. ladan. ʒ vj. ſantal. citrin. & albi, ana ℥ ß. fl. nymph. viol. ana ʒ ij. roſ. rub. odor. ʒ vj. camph. ℈ ß. moſch. gr. iiij. cum mucilag. tragac. in aq. roſ. & pauco terebinth. aq. roſ. lot. M. F. Maſſa pro Pomo.

℞ theriac. opt. mithrid. ana ʒ j. myrrh. benzoin. ſtyrac. calam. ana ℈ j. ſantal. citr. cort. citr. caryophyll. ana ℈ j. camph. ℈ ß. aq. roſ. aceti ſcordii vel bezoartici, ana q. ſ. M. F. Linimentum ad nares.

℞ olei deſtill. rutæ ℈ j. citri, angelic. ana ℈ ß. lavend. caryophyll. ana gutt. vij. bacc. iuniperi ℈ ß. moſch. ambr. zibeth. ana gr. iiij. ol. nuc. moſch. per expreſſ. q. ſ. M. F. Linimentum quo tempora, nares, pulſus & regio cordis inungantur.

℞ fol. rutæ, ſcord. ſcabioſ. ſucciſ. card. bened. abſinth.

finth. ana m. j. rad. angel. zedoar. dictamn. alb. imperat. Valerian. pimpinell. tormentill. bacc. iuniper. ana ℥ ß. cort. citri ʒ iij. caryphyll. myrrh ana ʒ j. camph. ʒ ß. affund. acęt. rosac. q. s. servetur ad usum, & linteum eo liquore imbutum naribus applicetur.

℞ baccar. iuniper. m. ij ß. thur. ℥ iiij. fol. absinth. rutæ ana m. ij. scobis ligni iuniper. m, iiij. succin. ʒ ß. M. F. Pulvis ad suffitum.

♃ ladani, styrac. calamit. benzoin ana ʒ j. myrrh. thur. ana ʒ ß. rad. angelic. ℥ ß. bacc. iuniper. ʒ ij. terebinth. ʒ iij. caryophyll. ʒ ij. carbon. tiliæ q. s. incorporentur cum mucilagine tragac. aq. ros. fact. F. Candelæ pro fumo.

♃ flor. borrag. bugloss. rosar. rub. nymph. ana p. ij. meliss. anthos. ana p. j. santal. alb. citrin. ben. alb. & rubr. sem. acetos. cort. citri ana ʒ j. sem. ocymi, corall. rubr. præp. ligni aloës, zedoar. ana ʒ ß. croci, caryophyll. ana ℈ ß. diamosch. dulc. ʒ ß. mosch. ambr. ana gr. iij. M. F. Pulvis tenuis & cum sindone rubr. F. Sacculus cordialis, qui æstate aceto rosac. hyeme vero vino malvat. vel aq. cinam. irroratus regioni cordis admoveatur.

℞ aq. ros. fragrantiss. ℔ j. benzoin. styrac. calam. cinamom. macis, caryophyll. cort. citri, ana ʒ ij. camphor. ℈ j. coq. vase clauso in B. M. Colat. add. zibeth. mosch. ambr. ana ℈ ß. servetur ad usum in vase bene clauso, eoque chirotecæ, strophia, & manus sæpe irrorentur.

APPENDIX

PRÆSERVATIONI A PESTE *inserviens*.

Tota se pręservandi ratio in duobus consistit. Primum est, ut causæ illæ quæ Pestem inducere aptæ sunt vitentur & removeantur. Deinde, quum causas illas fugere

gere aut removere non semper in nostra sit potestate, & non raro vel nolentibus vel ignorantibus offerantur, atque ex improviso homines adoriantur, ut causarum illarum vis infringatur, & corpus ad suscipiendum Pestem minus aptum, ad resistendum vero validum reddatur. Quoniam autem communis morbus communem causam agnoscit, aër vero causa est illa communis, ut plurimum Pestilentiæ eius removendæ seu effugiendæ nulla consultior est ratio quam fuga, locique ubi Pestis grassatur aut etiam regionis mutatio. Si quis igitur venientem Pestem fugere potest, nihil prius facere oportet. Nisi enim cito fiat, aëris vitium subire etiam cautissimos potest, spiritusque atque humores inficere: idcirco ex iis qui serius quam oportebat locum mutant, non pauci Pestis causam in sinu fovent, quæ vires acquirit eundo, eósque brevi in aëre serenissimo atque saluberrimo incautos perimit. Longe vero discedere expedit extra Pestilentis regiones limites: aëris enim vitium vicinaque loca facile pervadit. Præstat autem Septentrionem versus fugam arripere, quia ab austro fere omnis Pestilentiæ origo promanat. Diu porro illic immorandum, donec omnis prorsus extincta sit aëris malignitas. Qui vero iustas ob causas facere id non potest, non solum corpus suum ab omni excrementorum illuvie liberabit, sed etiam ita disponet, ut quotidiano alexiteriorum usu quam minime aptum sit contagium recipere. Ut igitur corpus ab excrementis excipiendæ Pestis idoneis vindicetur, cathartica in usu frequenti habenda sunt, ita temperata ut naturæ nullam vim inferre possint, & præterea grassanti Pestilentiæ accommodata sint. Valida enim & perperam usurpata, humoribus violentius exagitatis, spiritibusque vel confusis vel exhaustis, corpus præparant ad Pestem. Inter ea quibus uti fas est primas tenet rhabarbarum, magis tamen aloë: nam nec humores nimiopere commovent, nec spiritus insigniter dissipant, sed vehementi amaritudine ac siccitate putredini obsistunt, siccantque corpus, quæ dotes adver-

sus

ſus Peſtilentes morbos mirifice commendantur. Quod ſi quis calidiore ac ſicciore fuerit corporis habitu, ac ideo ab uſu aloës & rhabarb. diuturno ſibi metuat, præſertim in forma pilulari, ut vulgo exhibentur, ſyrupi variæque potiones erunt præſcribendæ quæ omnem læſionis occaſionem impediant. Sed poſt levis blandique cathartici uſum, quod excrementa quæ primas ſedes occupant, detrahat, altius penitiuſque inſertos humores ſyrupo vel iulepo vel apozemate præparare convenit: hinc præparatos bis terve quavis ſeptimana citra inſignem naturæ laborem expurgare. Quibus nimis impurum corpus eſt ac diuturnus pharmacorum uſus diſplicet, fonticulos in brachio & crure inurere, ut ſenſim omnis impuritas exitum inveniat, conſultum erit. Atque hoc unum eſt quod eos qui in aere ſuſpecto verſantur facere oportet. Verum quoniam ea eſt veneni peſtilentis vis & efficacia, ut pura & munda etiam corpora attingat, perimatque, alterum porro maiore cura præſtare neceſſe eſt. Nempe ut corpus longo Alexipharmacorum uſu munitum contagio Peſtilenti valeat reſiſtere. Hanc ob cauſam cibus omnis & potus iis condiendus eſt quæ Peſti adverſantur, pro ratione cuiuſque naturæ, temperamenti, loci, conſuetudinis, ætatis, ſexus, & reliquarum circumſtantiarum. Ignis ex rebus odoratis fovendus eſt, præſertim hyberno tempore, ut qui omnem aeris impuritatem & inquinamenta abſorbeat. In hunc finem plurimum valet, ſi tormenta bellica præſertim maiora verſus eam partem à qua malum magis imminet, ſub veſperam & auroram frequenter explodantur: Nam præterquam quod aerem vehementer agitant & commovent, ſulphur ac nitrum magnam vim eum alterandi habent. Præterea corpus munire antidotis Peſtis naturæ & proprietati & circumſtantiis paulo ante dictis accommodatis operæpretium eſt, quæ corpus exſiccent, vias aperiant, cor & calorem nativum corroborent, & malignitati reſiſtant: horum autem quotidianus uſus eſſe debet. Ne tamẽ uni remedio forte non ſatis idoneo ad id præſtandum quod quæritur, aſſueſcat natura, ſatius

vel ubi instat virium nimia deiectio, vinum concedatur album tenue, odoratum, aq. bugloss. ros. acetos. dilutum: vel fiat decoct. ex limat. c. c. santal. citr. cort. citr. cinam. iusta dosi permistis in aq. purissima, & Colaturæ succ. citri vel lim. cum saccharo addatur.

Somnus & Vigiliæ modũ ne excedant. & initio morbi somnus parcior esse debet: quia immodicus intro retinet seminarium pestiferum, atque in circumferentia ad centrum ducit, quod econtrario potius fieri oportet. Quod si somnus modum excesserit, abrumpendus est frictionibus, ligaturis dolorificis, spongia aceto infusionis rutæ madente naribus admota, suffitu ex Castor. & similibus.

Consuetæ evacuationes si non procedunt, arte procurentur: & si alvus sistit, glande aut leniente Clystere subducatur: ut enim extra nos loca ineunda facilius pestem recipiunt: sic intra nos fęcum sentina ipsa est Pestis apparatus.

Animi perturbationes accelerant mortem, ut metus, mortis diffidentia, desperatio: contra fiducia in Deum, mortis contemptus & bona spes malum multo levius reddunt.

VACUANTIBUS.

Venæsectione statim in principio dum vires adhuc constant, præsertim phlegmone aliqua lateris aut alibi, vel sanguinis exuberantia apparente, si quidpiam aliud non impediat: sic enim sanguinis confluxus, si inflammatio alicui metuitur, impeditur, & natura onere quodammodo levata magis resistit. sed postquam horæ 12. præteriere, & malum spiritus & sanguinem iam pervasit, venæsectioni locus nullus est reliquus, ideoq; deterius inde habent & moriuntur quibus non tempestive sanguis mittitur. Vena autem quæ secari potest ea eligatur quæ vicina sit loco ubi signum aliquod tumoris apparet, ne motus naturæ impediatur, sed potius adiuvetur. Quod si nullum tumoris signum adest, vena communis secari potest.

Cucurbitulis cum scarificatione inferioribus partibus, quamdiu tumor nullus evidens est, ut natibus, coxis, & cruribus: Sed quum iam tumor aliquis conspicuus est, prope cum loco oportuniore applicari possunt, ut magis ad cutem humor & virus pestilens attrahatur.

Hirudinibus, quæ non confertim, ut venæ sectio, spiritus exhauriunt, viresque debilitant, & tamen sanguinem vitiosum evacuant. Adhibentur venis quibus alioquin sectio debetur, aut etiam aliis minoribus iis partibus quæ magis infestantur: interdum ipsis bubonibus, ut actio naturæ promoveatur.

Pharmacis. syr. & apozemate Palmarii syr. Marsilii. oxymell. cum agarico Craton. elect. diacatholic. tripher. Persic. syr. de cichor. cum rhabarb. elect. de succ. rosar. pilul. Ruff. extract. rhabarb. Balsam. aloët.

Sed his utendum est viribus adhuc valentibus, pravis humoribus turgentibus, & periculum acceleraturis nisi vacuentur. Nam etsi omne periculum sit à veneno Pestilente, tamen interdum se ingerit humoribus, quos nisi foras critice protrudat natura, vel medicamentum purgans educat, ne partem aliquam internam obsidendo naturam opprimant, metuere oportet.

Attrahentibus et Discutientibus Venenum Pestilens.

Cucurbitulis cum scarificatione, ut iam dictum est.

Hirundinibus. Frictionibus cum linteis asperis quæ impediunt ne maculæ apparentes delitescant: vel humores prodeuntes intro recurrant.

Vesicatoriis magis minusque acribus, pro modo Febris & dispositione corporis. Humores enim spiritusque venenatos alliciunt ab interioribus ad ignobiles partes citra virium iacturam. Fiunt ex flammula Iovis, aut sapone nigro cum sale tosto, & cantharidibus cum fermento. Sed quia fermentum cito indu-

induratur, & molestum est, præstat ceram substituere, oleum & Sebum sive axungiam.

Sudorificis, ut sunt lapis bezoar. gran. x. aut circiter pondere, in aqua card. bened. & cinam. vel alia theriacali, vel flor. calendul. quæ est singularis.

Smaragd. præpar. hyacinth. os de c. c. camphor. sem. napi, citri, card. bened. rob. sambuc. decoct. c. c. lign. sassafr. Elect. Craton. diascord. Fracastor. de ovo. pulv. Saxon. Cæsar. rubeus. theriac. mythridat. elixir. pestilent. Croll. proprietat. Paracels. oleo therebinth. sale absinthii, fraxin. artheinis. extract. zedoar. veronicæ, card. bened. scord. angelic.

Ex his seligenda sunt quæ morbo, ægri naturæ, ætati, sexui, anni tempori, aërisque constitutioni conveniunt. Alexipharmacum autem non semel exhibuisse sat est. Sed porro continuandum est, ut intra biduum quinquies vel sexies usurpetur, nisi nimia sudoris affluentia vires deiectæ sint.

Nec unum idemque nisi exploratissimum dari debet, sed subinde aliud validius, vel debilius, vel magis roborans, prout ex antecedente cognosci potest. Et si vomitu reiicitur, mox repetendum ea forma qua retineri possit. Sudor ad binas horas singulis vicibus eliciendus est, cavendo ne ullum impedimentum intercedat. Quod si tardius & ægre procedit, promovendus est lapide vel chalybe calente linteis aceto vel vino madidis involuto, pedibus apposito.

CONFORTANTIBUS.

Aq. cardiac. emulsion. margarit. corall. rub. condit. conserv. elect. confect. alkerm. de hyacinth. liberant. lætificant. Gal. man. Christi perlat. cum aq. vel oleo cinamom. pulverib. bezoartic. diamargar. diarrhod. Abb. de gemmis.

Odoramentis, linimentis, epithemat. tepide admotis, sacculis.

Panis è furno adhuc calens excavatus theriac. ʒ ij. impositis umbilico admotus, dum æger sudat, elicit venenum.

Raphanus in orbiculos disſectus axillis aliiſque emunctoriis plantiſque pedum alligatus idem facit.
Medulla panis aceto opt. madens cordi applicata confortat.
Pannus quadruplicatus aceto theriacali imbutus.
Sacculus ex ſalvia, acetoſa, ruta & ſimilibus, contuſis & aceto vini madefactis.

THEORICA ET EMPIRICA *medicamenta pro Curatione* FEBRIS PESTILENTIS *feliciter uſurpata.*

℞ aq. acetoſ. ℥ iii. endiv. bugloſſ. ana ℥ i ß. ſyr. de ſucco citr. limon. oxyſacch. ſimp. ana ℥ i. ſpir. vitriol. rectific. gutt. aliq. M. F. Iulep.

℞ pulp. tamarind. ʒ vi. caſſ. rec. extr. ʒ ii. pulv. rhab. opt. irrorati aq. endiv. ℈ i. mithrid. ℈ i. m. cum ſyr. de cichor. cum rhab. F. Bolus.

℞ mann. ℥ i ß. rhab. el. ℈ iiij. mithrid. ℈ i. ſyr. acet. citr. vel limon. ℥ j. cum decoct. fl. & fruct. Cordial. addita acetoſa, endiv. ℥ iiij. M. F. Hauſtus.

℞ pulp. tamarind. ʒ vj. elect. de ſucco roſ. ʒ ii. vel iij. cum ſyr. acid. citr. M. detur.

℞ rad. polypod. q. acetoſ. ana ℥ ß. ſem. citri, fœnic. ana ʒ j. fol. betonic. ſcord. ceterach. ana m. ß. fl. bugloſſ. borrag. calendul. ana p. j. paſſul. enucleat. ℥ ß. F. Decoct. in aq. bugloſſ. ſcabioſ. card. bened. ana q. ſ. ad mediet. add. ſub finem fol. ſen. ℥ ß. Colat. ℥ v. infund. rhab. el. agar. troch. ana ʒ j. ſchœnant. gr. iiij. cinam. zedoar. ana ℈ j. expreſſ. add. ſyr. roſ. ſol. ℥ i ß. M. F. Hauſtus.

℞ mirobal. citrin. chebul. ana ℥ i ß. tamarind. ℥ i. fl. cordial. ſcabioſ. ana p. i. F. Decoct. In Colat. infund. rhab. el. ʒ i. cinam. ʒ ß. in expreſſ. diſſolv. tripher. perſic. ʒ ij. ſyr. roſ. ſol. ℥ ß. M. F. Potio.

℞ aloës extract. ex aq. endiv. ℥ ß. rhab. el. aq. cinam. adſperſi ʒ ii. myrrh. aceto rutac. ſolut. ʒ ß. croci

ci ℈ i. camph. ℈ ß. M. F. Pilul. dos. pil. v.

℞ Euphorb. ad ignem tosti ʒ i. mastich. ʒ ii. croci ℈ i. cum mell. ros. M. F. Pilul. dosis ʒ ß. vel ℈ ij.

℞ Decoct. raphan. ℥ v. oxymell. ℥ i. ol. scorp. ℈ i. M. F. Pot. vomitoria.

℞ theriac. opt. ʒ i. elect. ex bolo. ʒ ß. syr. de succ. citri ℥ ß. aq. card. bened. scabios. calendul. ana ℥ i. M. F. Potio sudorifica.

℞ pulv. Saxon. ℈ i. theriac. ʒ ß. lap. bezoar. g. v. croc. salis absinth. ana ℈ ß. aq. veronic. ℥ iij. M. F. Potio.

℞ theriac. opt. ℥ ß. diascord. Fracast. ʒ ii. laudan. opiat. ʒ ß. euphorb. tost. croc. dictamn. cretic. bacc. iuniperi, myrrh. rad. tormentill. angelic. helen. ana ℈ i. lap. bezoar. ℈ ß. cardamom. mosch. ana gr. v. cum syr. de Pomis. M. F. Massa. Dosis ʒ ß. cum conserva flor. Calendul. summo mane.

℞ lapid. bezoar. opt. gr. xij. oss. de c. c. ℈ i. Smaragd. præpar. hyacinth. præp. ana gr. vij. M. F. Pulv. pro duab. dosib. In aq. flor. Calendul. detur.

℞ aq. card. bened. meliss. ana ℥ ij. theriac. opt. mithrid. ana ℈ j. bol. armen. ʒ ß. syr. de limon. ℥ j. M. F. Potio.

℞ rad. acetos. cichor. bugloss. ana ℥ j. fol. cichor. bugloss. borrag. scabios. meliss. ana m. j ß. cort. citr. ℥ ß. sem. citr. acetos. melon. ana ʒ ij flor. cordial. ana p. j ß. F. Decoct. ad mediet. In Collat. dissolv. syr. de acetos. limon. ana ℥ ij. F. Apozema pro iiij. dosib. mane & vesperi sumendis.

℞ decoct. rad. angelic. ℥ iij. vini albi ℥ j. succ. limon. in quo nummus aureus vel bractea auri purissimi per hor. 24. manserit ℥ ß. M. F. Potio.

℞ aq. acetosell. ℥ ij. succ. citri. ℥ j. diascord. ʒ j. spec. cordial. tẽperat. de gẽmis ana ʒ ß. aceti ℥ ß. M. F. Haustus.

℞ elect. de ovo ʒ i. theriac. opt. ʒ ß. pulv. Saxon. spec. liberant. ana ℈ ß. syr. de acetos. citr. ℥ i. aq. acetos. card. bened. ana ʒ x. aceti scord. ℥ ß. M. F. Potio.

♃ pulv. diamargar. frig. troch. gall. mosch. ana ʒ i. de camph. ℈ i. croci ℈ ß. acet. rosac. ℥ i. aq. ros. meliss. borrag. bugloss. ana ℥ v. M. F. Epithema pro Corde.

℞ aq. cichor. endiv. portul. rosar. ana ℥ v. acet. rosſ. ℥ j. ſantal. omnium ana ℈ j. camph. ℈ ß. M. F. Epithema pro Iecore tepide adhibendum.

℞ pulv. irid. rad. imperat. angelic. ana ʒ j. diamoſch. diambr. ana ʒ j ß. granor. tinctor. ſem. citri card. bened. ana ℈ ij. croci ℈ j. F. Pulv. ex quo ſerico & goſſipio fiat ſacculus interpunctus, cordis regioni apponendus.

℞ conſerv. roſar. anthoſ. bugloſſ. ana ℥ j. conſerv. rad. helenii ℥ ß. cort. citri condit. ʒ j ß. diarrhod. abb. diamoſch. dulc. ana ʒ ij. confect. alkerm. de hyacinth. ana ʒ ß. oſſ. de c. c. ℈ j. ſacchar. roſ. q. ſ. F. Conditum vel Morſell.

℞ Magiſterii corall. hyacinth. ana ʒ j. eſſentiæ fructuum amacardin. ʒ ij. eſſentiæ croci ℈ j. eſſent. camph. ℈ ß. lap. bezoar. ʒ ß. ambr. griſ. gr. v. ol. ex corticib. citri, cinamom., ana gutt. vj. aq. theriacal. opt. q. ſ. M. F. Antidotus cardiaca, Doſis ℈ j. vel ij.

℞ ſalis arthemiſ. ʒ ß. in hauſtu vini albi diſſolvatur & bibatur.

℞ caponem eviſceratum ablata pinguedine, incidatur addito carnis vitulinæ fruſto, ſalis parum. coq. perfecte. in fine coctionis add. ſpec. diamargar. frig. ʒ j. conſerv. acetoſ. fl. nymph. bugloſſ. ana p. j. cinam. ʒ ij. aq. roſ. vini alb. ana ℥ j. F. Gelatina.

℞ conſerv. medull. citri ℥ ij. roſ. acetoſell. borrag. ana ℥ j. rubium condit. ℥ ß. confect. alkerm. ʒ j. ſpec. elect. de gem. frig. cordial. temperat. ana ʒ ß. cum ſyr. tunicis & ſpirit. vitriol. ad gratam aciditatem. F. Electuarium.

℞ aq. acetoſ. ſcabioſ. roſ. ana ℥ iij. aceti de rubo Idæo, tunic. roſar., ana ℥ j. vini alb. ℔ ß. ſucc. citri, iulep. roſac. ana ℥ j. cort. citr. recent. ʒ vj. ſtent. ſimul miſta in vitro donec liquor odorem citri attraxerit. F. Potus.

℞ ſolut. corall. margarit. ana ℈ i. hyacinth. extract. croc. ana ℈ ß. conf. Albe. ʒ ß. ol. de cortic. citri gutt. v. ſacch. albiſſ. in aq. roſ. diſſolut. q. ſ. F. Rotul.

♃ granor. kerm. ʒ j. rad. tormentill. ʒ ij. nuc. moſch. ℈ j. ſantal. citr. rub. margar. præpar. corall. rub. præpar. ana ℈ ß. F. Pulvis tenuis & cum ſacchar. alb. q. ſ.

inaq. rof. folut. F. Confectio in Tabulis.

℞ fucci citri cydonior. granat. ana ℥ ii. aceti infufion. fcord. & zedoar. ana ℥ i. facch. albiff. q. f. coq. ad confiftentiam fyr. aromatifetur fpec. diamargar. frig. lætific. Gal. aromat. rof. diambr. ana ℈ i. Detur cum aqua cardiaca.

APPENDIX

Curationi FEBRIS PESTILENTIS *inferviens.*

Prima & maxima indicatio curativa fumitur à virulentia peftilenti, quæ calorem putredinalem in corde confertim inducens fymptomata adeo fæva & terrifica invehit. Eum igitur inde revellere atque educere fummo ftudio oportet, calorem illum corruptivum extinguere, & fymptomata corrigere. His omnibus quodammodo infervit venæfectio, in corpore præfertim plethoricô, ftatim in principio, antequam vires, quarum lapfus ut plurimum præceps eft, debilitentur, & morbus invalefcat: fic enim quidam fit revulfionis ex corde conatus, fanguis ventilatur, & vapores putridi in venas attracti vacuantur. Sed quia invafionis principium non femper obfervatur, & Medici raro mox à principio accerfuntur, hinc fit ut parum prodeffe venæfectio comperiatur. Itaque fi nefas eft fanguinem mittere, ad Alexipharmaca & fudorifera mox confugere oportet: illa enim, ne malum ingravefcat, impediunt, veneno refiftunt, & roborant: hæc vero è corde virus eliciunt, & per fudorem expellunt. Quod fi natura tranflationes feu excretiones quafdam materiæ morbificæ moliatur, eas promovere omnibus modis operæ pretium eft: foris cucurbitulis cum fcarificatione, hirudinibus, frictionibus, veficatoriis, linimentis, emplaftris: intus vero potionibus & confectionibus fudorem ciere valentibus: habita ratione morbi conditionis, ægri virium, ætatis, fexus, corporis & temporis

poris constitutionis: Magna enim remediorum copia & diversitas quę suppetit, istam considerationem facile admittit. Ut autem frequens eorum usus necessarius, sic mole æger non est fatigandus atque obruendus, sed pauca & convenientissima unicuique eligenda sunt, & dum sudor elicitur, neque cibo, neque potu, neque medicamentis aliis ullo modo actio naturæ interpellanda est: nec, ventriculo cibo aut pravis humoribus repleto, sudorem provocare convenit: sed concocto ac distributo alimento; vel humoribus vomitorio blando exhibito eiectis. Postquam sudor satis prodiit, cibo ac potionibus cardiacis ægrum reficere tempestivum est, æstum internum Epithematis demulcere ac mitigare. atque hic processus triduo & quatriduo mane & vesperi instituendus est, vel ultra etiam continuandus, donec natura criticam aliquam expulsionem moliri videatur. quæ nullo modo vel divertenda vel impedienda est: præstat enim nihil agere, quam naturam recte operantem gravare atque interpellare. Inter odoramenta semper adhibenda sunt quæ ægros non parum recreant. Idcirco in cubiculo aceto Theriacali lateres igniti aspergi, throchisci & candelæ pro fumo accendi, quæ suavem emittunt odorem naribus admoveri, & aquæ cordiales aliæque confectiones subinde usurpari debent, quæ malignitati resistant, putredinem cohibeant, ardoremque extinguant. In hunc finem medicamentis omnibus spiritum vitriol. vel nitri admiscere exigua portione commodum est. Et quum malignitas propemodum victa apparet, subestque humorum corruptela, Catharticum exhibere non incommodum est, sed lene aliquod, quod vires non debiliret, vel periculosum alvi profluvium non commoveat, sed vim quandam adversus venenum habeat, ut rhabarb. syr. rosс. solut. cum tamarindor. decocto, triphera Persica. syr. diaïreos, pilulæ Pestilentiales Ruffi, & alia quæ supra descripta sunt.

DE

FEBRE PETE-CHIALI.

FEbris Petechialis est maligna, epidemica, contagiosa, à maculis quas Petechias sive Periculas appellant, nomen habens: hæ toto corpore erumpunt, magis tamen circa dorsum, collum, pectus, in brachiis & cruribus: in facie rarius apparent: quia aër ambiens frigiditate materiam illam tenuem, à qua producuntur, facile repellit: adde quod cutis in facie, ut aëri semper exposita, constrictior est & compactior, quam in reliquis partibus; ac proinde aëris iniuriam minus sentit, tenuemque illum humorem, nisi magna sit eius copia, non facile admittit. Disseminatur in vulgus more Pestilentiæ, non tamen parem stragem edit, nec celeriter adeo quemvis prehendit.

CAUSA proxima est ebullitio sanguinis circa cor à virulentia aliqua contaminati, malignam putredinem inducente; quæ prout magna est, & virtus fortis, vel debilis, morbosusque apparatus à causis antecedentibus invectus, morbum efficit alias magis, alias minus sævum & contagiosum: quemadmodum maculæ luculenter produnt, quæ aliquando sunt rubræ & purpureæ, aliquando lividæ, puniceæ & nigræ, aliquando flavæ ac virescentes. Omnes autem sanguinis à quo proveniunt certam significationem præbentes, cuius pars subtilior ac tenuior hoc modo ad superficiem vi naturæ expellentis erumpit: atque hæc eruptio pro ratione facultatis expultricis validæ vel debilis succedit alias citius, alias tardius, critice, vel symptomatice: & maculæ aliæ mox in principio, procedente morbo aliæ demum efflorescunt, copiosæ vel paucæ, magnæ vel parvæ, pro ratione vitii quod est in sanguine, & sanguinis, totiusque

corporis constitutionis: quibus enim venæ sunt amplæ, distentæ, & corporis habitus rarus & sanguineus; his par est maculas copiosiores, maiores, & citius erumpere, quam qui contrario modo affecti sunt, quantumvis ex maligna putredine sanguis effervescat: crassus enim, lentus & paucus sanguis putrescere quidem potest, sed materiam ad tantam macularum copiam suppeditare non potest.

Signa sunt pro causarum & naturarum varietate varia, ut in Febre Pestilente. Calor initio acris interdum: sæpius autem mitis, ut vix se ægrotare æger sentiat: sed tempore somni sensibiliter augescit. Pulsus à principio naturali similis, post rarus, humilis, inæqualis, præsertim circa petechiarum eruptionem: syncope, anxietas, corporis iactatio, sublevatio fallax: respiratio gravis, frigida, fœtida: cordis palpitatio cum dolore, siccaque tussi; fractio in toto corpore, & lassitudo more fatigati: decubitus supinus, capitis gravitas, sensuum hebetudo, depravatio: somnolentia quibusdam, aliis vigiliæ, tremor manuum, insuperabile ibi fastidium, vomitus, interdum absentis cibi desiderium, tædium præsentis, sitis intensa, interdum parva vel nulla. Alvi deiectio initio fœtidissima, liquida, viridis, spumosa, vermiculosa: interdum quidem sicca, sed leni pharmaco proritata copiosissima. Urina sæpe initio cruda, tenuis, sæpius crassa, ruffa, turbida, diffuso turbatoque sedimento. Sudor fœtidus, inordinatus, paucus in principio, sine levamento, horror inordinatus etiam in vigore, hæmorrhagia narium. Pathognomonicum autem signum sunt Petechiæ morsibus pulicum similes, nisi quod punctum in medio morsus vestigium conspicitur quod compressione non delitescit, etiamsi reliquus rubor circumquaq; protinus evanescat: Petechiæ vero compressæ quidem evanescunt, sed mox iterum recurrunt, & diuturniores sunt, quam pulicum vel cimicum morsus, & non solum rubræ, sed interdum pallidæ, lividæ & nigrescentes.

Prognostica. Morbus est periculosissimus ad Febris Pestilentis naturam proxime accedens, eius-

que

que ſæpe prodromus ac pronuntius. Suſpecta in eo omnia eſſe debent: ſæpe enim quum alleviatio quædam apparet, paulo poſt interficit. Tamen quo remiſſiora ſunt & pauciora ſymptomata, hoc maior ſalutis ſpes habenda eſt, præſertim ſi petechiis rubentibus critice affatim erumpentibus, nec ſe intro ſubducentibus alleviatio ſubſequitur. Sed quæ inordinate prodeunt, & mox retrocedunt, latæ, pallidæ, lucidæ, vel nigricantes, cum ſævis aliis accidentibus, viriumque ſubinde maiore debilitatione, mortem hauddubie portendunt.

CURATIO

Sequentibus remediorum generibus perficitur.

VICTUS RATIONE.

Aëris & cæterorum ad diætam pertinentium regimen idem ſit quod in Febre Peſtilenti. Peculiariter vero Potus in hac Febre convenit decoct. c. c. & eboris cum pauco ſpiritu vitriol. ad gratam aciditatem. Iulep. ex eo parari poteſt cum ſyr. roſ. & viol. Vinum niſi urgente Syncope & virium imbecillitate non uſurpandum.

Animi perturbationes quod attinet, omnes fugiendæ ſunt, maxime vero timor & triſtitia, quia calorem ſpiritumque intro revocant, ille quidem ſubito atque affatim, hæc paulatim citra ullum impetum; unde partibus externis refrigeratis petechiæ intro repelluntur, quas calor foras protrudit, & ne emergant, retrahuntur.

VACUAN-

Vacuantibus.

Clystere leni primas vias expurgante: vires enim non deiicit, ut reliqua purgantia, præsertim fortiora, nec reliquos humores turbat, nec aliorum medicamentorum usum remoratur, & cito tamen operatur. Parari potest ex decoct. herb. emollient. cum bened. laxat. cass. spec. hier. diaphœnic. ol. rosf. viol. chamæm.

Vomitu si fastidium & nausea molesta est, os amarescit, & humor ad ventriculū vergit ex decoct sem. raphan. atriplic. aneth. fl. chamæm. cum oxymel. simp. vel pauco vitriolo albo vomitivo in iusculo dissoluto.

Purgatione ex blandioribus humori peccanti accommodatis, ut infus. rhabarb. syr. rosf. viol. solut. de cichor. cum rhabarb. decoct. sen. manna, cassia, tamarind. cremor. tartari, pilul. Ruffi.

Venæsectione, ubi sanguinis redundantia quædam adest, & rubedo in urina maior quam apparere solet, conspicitur.

Sed venæsectio, si eam fieri nihil prohibet, ante quartum diem ad summum administrari debet, antequam vires nimium debilitentur, & natura ullam excretionem criticam moliatur. In dispositione corporis sanguinea bis terve eam repetere, ob magnum quod afferre solet auxilium, necesse est. Nam alioquin ne sanguine in partem aliquam nobilem affuso oriatur inflammatio vel virtutis suffocatio metuere oportet.

Attrahentibus.

Cucurbitulis cum scarificatione, quæ sanguinem citra insignem virium iacturam detrahunt, caloremque à partibus internis, & spiritus malignitate ac veneno infectos cum sanguine tenuiore versus exteriora evocant & attrahunt.

Vesicatoriis è cantharidibus, sinapi, nasturtio, ranunculo

culo, cum cera loco fermenti, quod induratum ægre avellitur & ficcitate moleftum eft.

Frictionibus primum levioribus, in iis partibus præfertim ubi maculæ confpici confueverunt.

Linimentis ex ol. amygd. amar. chamęm. nitro præpar. ol. fcorp. Matthiol. ol. magni Duc. Hettur. cum unguent. rofac.

Expellentibus et Discutientibus.

Card. bened. fcord. pimpinell. fcabiof. acetof. veronic. Scorzoner. pentaphyll. ex quibus aquæ, fyrupi, extracta, pulveres & fales parari poffunt, addita camphora ad medicamentum efficacius reddendum.

Lapis bezoar. paucorum granorum dofi primum in aq. card. bened. & cinamom. deinde aucta dofi bis terve, nempe ad gr. xij. & amplius, non fine fructu ufurpatur.

Theriac. cum fucco citri, mithridat. pulv. Cæfar. rub. diafcord. confect. alkerm. fal. abfinth. arthemif. fcabiof. in aq. iam dictis.

Roborantibus.

Syr. acetof. fimp. de fucc. citr. limon. granat. flor. tunic. c. c. calcin. bol. Armen. corall. præp. conf. de hyacinth. liberant. diamarg. frig. de gem. diarrhod. abb. gelatina c. c. lucida.

Ex his omnibus & aliis quæ in Pefte dicta funt parabuntur Electuaria, condita, tabell. morfell. aq. deftillar. roborant. extracta.

Odoramenta etiam fpiritus admodum recreant.

Epithemat. dummodo non nimis adftringentia & repellentia fint, fed temperata, & ex cordialibus parata, cordi robur addunt, & citra ullum incommodum ufurpari poffunt.

THEO-

THEORICA ET EMPIRICA *medicamenta pro Curatione* Feberis Petechialis *feliciter usurpata.*

℞ malv. bismalv. parietar. mercurial. lactuc. ana m. j. rad. alth. ℥ j. F. Decoct. ad ℔ j. In Colat. add. cass. ℥ i. elect. diacarth. ʒ ij. ol. viol. chamęm. mell. ros. ana ℥ i. M. F. Enema.

℞ elect. diacatholic. ℥ ß. tripher. Persic. ʒ ij. rhab. ℈ i. cum sacch. F. Bolus.

℞ cass. rec. extract. ℥ j. pulp. tamarind. ℥ ß. spec. diarrh. abb. ʒ j. M. F. Bolus.

♃ rad. scorzoner. ℥ ß. fol. acetos. m. ß. sem. card. bened. scord. ana p. j. fol. sen. el. ʒ ij. rhab. elect. ʒ ß. zedoar. sem. citri ana ʒ ß. cinam. ℈ j. fl. cord. ana p. j. Infund. in aq. endiv. per noctem in loco calido. In Colat. ℥ iij. dissolv. mann. elect. ℥ ß. syr. ros. solut. ℥ ß. spir. vitriol. gutt. ij. M. F. Haustus.

℞ Decoct. acetos. cichor. sem. citr. ℥ iiij. syr. ros. sol. ℥ ij. rhab. el. ʒ j. M. F. Potio.

℞ poma citri q. v. excavata reple. pulv. fol. sen. rad. polypod. crem. tartar. & pauco scammon. præpar. Deinde pasta obducta in clibano coque, & abiecta pasta succus exprim. vel F. Destillat. dosis ℥ iij. pro delicatioribus.

℞ coroneum exemptis seminib. reple. pulv. rhab. agar. Iulep. rotulis, man. Christi perlat. cum succ. citri, involvatur charta: assetur sub cineribus, post assationem species removeantur, pulpa præbeatur.

℞ radic. & herb. pentaphyll. fol. scord. scabios. card. bened. calendul. rad. angelic. succis. tormentill. ana ℥ i. zedoar. ℥ ß. sem. citri ℥ j. croci theriac. veter. ana ʒ j. camph. ʒ ß. acet. opt. ℔ j ß. succ. citri ℔ j. aq. fl. Calendul. ℔ j. stent in infus. per duos dies. Destill. Dos. ℥ iij.

♃ succ. citri, acetos. endiv. galeg. taraxac. borrag. ana ℔ i ß. card. mar. bened. scord. scabios. ros. provincial. ana

ana ℔ j. pom. citr. concis. nuº v. ras. c. c. crud. ℔ ß. stent in Infus. hor. 24. Postea destill. F. aqua dos. ℥ iij. vel iiij.

℞ sem. napi ʒ i. citri, card. bened., ana ʒ ß, aq. card. bened. ℥ iiij. F. emulsio. cui add. syr. è succo scord. ℥ ß. conf. liberant. ʒ ij. M. Detur.

♃ sem. napi ʒ i. citri, card. bened. c. c. præp, ana ʒ ß. oss. de c. c. zedoar. ana ℈ i. M. F. Pulvis. Dosis ʒ i. in aq. scabios. vel fl. Calendul.

℞ bol. Armen. terr. sigill. rad. tormentill. pimpinell. scord. petasit. c. c. præpar. ana ʒ ß. croci ℈ i. confect. liberant. ʒ ij. M. F. Pulvis.

℞ ol. amygd. dulc. & amar. chamæm. sambuc. ana ℥ ij. rut. ℥ j. nitri præpar. ʒ iij. aq. chamæm. ℥ iiij. coq. ad aq. consumpt. F. Inunct. totius corpor.

℞ conserv. ros. scabios. tunic. veronic. card. bened. ana ℥ ß. theriac. ʒ j. rob. ribes ℥ ß. sem. napi, citri, ana ʒ j. syr. acetos. citr. q. s. M. F. Electuarium. Dosis ʒ iij. in aq. card. bened.

℞ conserv. ros. incarnat. acetosell. ana ℥ j. tunic. ℥ ß. cort. citri condit. ʒ ij. rob. ribes ℥ ß. spec. liberant. cum bolo sine aloë, diamargar. frig., ana ʒ ß. syr. acetos. citr. oxysacch. simp. ana q. s. F. Electuar. dosis ℥ ß.

℞ cort. citri in aq. ros. loco calido macerator. ℥ ß. traiice per linteum; adde succ. limon. ℥ ß. aq. scabios. acetos. ana ℥ ij. camphor. ℈ ß. M. F. Epithema quo regio cordis tepide foveatur.

℞ scabios. meliss. succis. veronic. ana m. j. sem. citr. card. bened. acetos. ana ʒ ij. F. Decoct. In Colat. add. succ. limon. acetos. ros. ana ℥ ß. theriac. Venet. ʒ j. M. F. Epithema cordiale.

APPEN-

APPENDIX

Curatio Febris Petechialis *inserviens*.

Natura ipsa quid facere oporteat ostendit, dum malignam materiam ad cutem extrudit: ostendit (inquam) tenuem humorem esse qui tam facile perspirat, subitque meatus adeo angustos. Quia igitur tenuis & subtilis humor est in quo morbus consistit, & malignus, ut symptomata sæva & mox apparentia palam faciunt, in eius præparatione ac concoctione immorandum non esse, satis liquet. Quare quam primum eo incumbendum est, ut pori aperiantur, & humor iis quæ sudorem cieri ac promovere possunt, expellatur. Ea tamen eligenda quæ nec Febrem suo calore augeant, nec naturam nimis debilitent. Multa autem sunt huiusmodi quæ & temperata sunt, & virtutem simul roborant, & materiam expellunt, ut sunt confectiones ex sem. napi, citri, card. bened. acetos. aquileg. c. c. lap. bezoar. Quod si necessitas exigit etiam fortiora usurpare, ea cum refrigerantibus temperanda erunt, & præferenda ea quæ expellendo magis prodesse, quam calefaciendo nocere perspiciuntur. Externa etiam remedia quæ naturæ conatum promovent negligenda non sunt, ut leves frictiones, cucurbitulæ, scarificationes, inunctiones, vesicatoria. Sed ante omnia quum Febris ægrum prehendit, si vel quæpiam adsit sanguinis redundātia sive quoad vasa sive quoad vires, venę sectionem præmittere necesse est: vel si id minus licet, cucurbitulas cum scarificatione in partibus inferioribus, quæ sanguinem tenuiorem spiritusque malignitate infectos foras evocant, & ad inferiora revellunt. Sanguine enim detracto ebullitio maior prohibetur, & natura reliquum regere facilius potest: adde quod eventatio & refrigeratio quæ ex missione sanguinis sequitur, magnum affert, ne Febris capiat incrementum, auxilium.

Sed

Sed nisi mox initio adhibeatur, frustra postea instituitur. Cæterum dum sudor prolicitur, cavendum est, ne à frigore, timore, vel intempestivis vacuationibus intro repellatur. Demum ubi hæc omnia rite administrata sunt, vires languidas reficere, Alexipharmaca roborantia exhibere, foris Epithemata ex temperatis & cordialibus facta, & sacculos admovere oportet.

DE

VARIOLIS ET MORBILLIS.

FEbris quæ Variolos & Morbillos profert, est morbus malignus, contagiosus, ab ebullitione sanguinis in vasis maioribus circa cor cum malignitate coniuncta ortus, continuo affligens, donec materia in cutem effusa in totum desinat. Varioli autem qui in cute efflorescunt, quod cutem varient, & inæqualem efficiant, dicti videntur, vel quod pustulæ illæ seu papulæ sint parvis varis similes. Galli *la petite verole* appellant, ad differentiam luis venereæ quæ ipsis *la grosse verole*, seu quod magnos varos excitet, dicitur. Quemadmodum Morbillus à morbo denominationem habet, quod sit parvus morbus seu parva pestis: Nam Italic. *il morbo*, Pestem appellant, & discrimen inter Pestem & Morbillos non aliud est quam maioris & minoris. ut recte unius appellatio ab altero desumpta videatur. Galli *Morbillos la rougeole* nuncupant, à rubore qui toto corpore intensus cõspicitur. Pueri hoc morbo potissimum infestari solent. Unde Pestem puerilem vulgus appellat, quod pueros præsertim ut Pestis depopuletur. Coniunguntur & simul tractantur hi duo affectus, quia causis, signis & Symptomatis fere sunt similes, eademque prope est utriusque curandi ratio. Discrimen tantum est,

ut ex nomine patet, quod Morbilli à pauciore, sed tenuiore, calidiore & ficciore materia nascuntur, idcirco maculæ in Morbillis rubicundiores, quæ deinde nullo relicto vestigio resolvuntur. Varioli vero à copiosiore, sed crassiore & impuriore materia proveniunt, unde cutem exulcerant, suppurant, & foveas in cute relinquunt. Morbilli solum pueros & teneram ætatem semel infestant. Varioli vero nonnunquam adultis & senibus accidunt, & bis terve quibusdam recurrunt. Infantes autem etiam in utero matris iis laborasse, & matres una cum fœtu in lucem edito iis correptæ visæ sunt.

Causa interna & proxima est sanguis menstruus quo pueri viscera sunt concreta atque enutrita, qui cum uteri sordibus; præsertim posterioribus gestationis mensibus, quibus maiore alimenti copia indiget fœtus, inquinetur, laxum molleque pueri corpus, causa aliqua externa internam illam excitante ac movente, eam impuritatem deponere consuevit. Quod autem alios in prima infantia, alios demum post plures annos, alios tardius corripiant Varioli, graviusque alios, alios levius infestent, causa est maius vel minus vitium sanguinis menstrui in solidis corporis pueri partibus relictum: deinde calor innatus pueri alias robustior, alias debilior: deinde errores accidentes. Causæ antecedentes & externæ sunt aëris quoddam vitium, præsertim quum Varioli & Morbilli passim grassantur: Contagium ex iis qui laborant, quod ut Pestis magis dispositos inficit & afficit, & alias magis, alias minus virulentum & malignum est: Victus puerorum pravus & inordinatus, ex quo cruditates & obstructiones oriuntur, quæ Febrem excitantes simul etiam causam illam abditam & veluti sepultant exsuscitant.

Signa. Tempestas seu aëris constitutio australis, epidemica, quæ contagium per quod tum Febris disseminatur efficit deterius. Dolor capitis & dorsi veluti confracti, cum temporum & frontis pulsatione, gravativus quidem, si varioli ob vaporum copiam & crassitiem, pungitivus vero, si Morbilli erumpere debeant, ob

ob vaporum acrimoniam & tenuitatem: narium pruritus, frequens oscitatio & pandiculatio: inæqualitas, ardor & languor corporis, faciei rubor, spirandi difficultas ob vapores per asperam arteriam transeuntes, vel ob pustulas eo loci enatas. In Somno terror & rerum rubrarum ac coruscantium phantasmata. Tussis sicca, vox rauca: hęmorrhagia per nares, ex fervore sanguinis & acrimonia venarum orificia aperiente: Lachrymę, fastidium, nausea & vomitus, ventriculo seu ab ipsa materia, seu à pravis vaporibus ascendentibus stimulato. Pulsus celer, inæqualis. Urina plerunque sanorum similis, interdum turbata. Alvus sæpius suppressa, quod natura alio humores convertat. Calor in Morbillis acrior, intensior, cum siti maiore atque inquietudine: unde Morbilli etiam citius efflorescunt, post resolvuntur ac evanescunt. Varioli vero tardius apparent, & diuturniores sunt: cum pruritu maiore & dolore emergunt, ac primum instar grani milii efformantur, deinde incrementum capiunt ac multiplicantur, & collecto purulento ichore cutem exulcerant, tandem inducta crusta exsiccantur & decidunt. Cæterum color humori à quo generantur, attestatur: Nam à sanguine puriore rubent cum pruritu & dolore: à pituitoso albescunt & squamas emittunt: à melancholico nigrescunt cum dolore pungente: à bilioso flavescunt, cum dolore acriore & magis mordicante.

Prognostica. Morbilli ut plurimum 7 die: Varioli vero 14 terminantur: & quo exitus difficilior, hoc morbus longior graviorque esse solet. An vero terminetur ad salutem vel mortem, ex collatione virium cum morbi magnitudine præsagire oportet. Magnitudo morbi ex Febris & Symptomatum magnitudine, ac ex ipsis pustulis colligitur. Virium robur ex tolerantia facili, ægrique actionibus omnibus. Periculo carent quæ cito & facile cum levi Febre sine magnis symptomatibus erumpunt & maturantur: & quæ rubrę, albidæ, molles, distinctæ, & non multæ sunt: his deteriores multæ, magnæ, duræ, continuatæ, & duplices, sive ubi aliæ aliis supernascuntur. Pessimæ sunt

virides, lividæ, nigræ, & quæ postquam egressæ sunt, evanescunt. Dysenteria & dolor intestinorum Variolos intestina occupare signum est. Respiratio difficilis, tussis sicca, sitis immensa, vox rauca, pulmones partesque pectoris internas pustulis affectas esse denotant. Quod si postquam sive Morbilli sive Varioli eruperunt, Febris nihilominus perseverat, & Symptomata porro infestant, viresque subinde magis debilitantur, his corruptiva sanguinis ebullitio arguitur, qualis sæpe in maligno aëris statu corporibus cacochymicis accidere consuevit.

CURATIO

Sequentibus remediorum generibus perficitur.

VICTUS RATIONE.

Aër in principio temperatus, successive vero calidiusculus procurandus, ut poros porro dilatet, eruptionemque faciliter. Nam frigus ambiens poros obstruit, & quod natura foras extrudit, introrsum repellit magno ægri periculo, quia inde Febrem augeri, & Symptomata omnia invalescere necesse est. Æger in lecto, panno, si est in promptu, scarlatino contegatur, non quod sanguis per visionem rei rubræ ad extra moveatur, sed ob vim cardiacam quæ est in tinctura kermesina ratione granorum kermes.

Victus tenuis in principio, ne natura in expulsione humoris effervescentis occupata ad cibi concoctionem distrahatur: sed postquam humoris eruptio facta est & remissa omnis morbi vehementia, paulo liberalior concedi potest, non tamen acris, non salsus, non pinguis, non dulcis imperandus, sed moderate refrigerans, & nonnihil adstringens, ut fervorem sanguinis temperet, partesque internas roboret.

Potus

Potus sit cerevisia tenuis vel aq. hord. succo citri limon. granat. ribium agrest. temperata. Vinum non convenit nisi post eruptionem pustularum, & Symptomatum remissionem, idque tenue & dilutum. Aq. decoct. limatur. c. c. commoda est, quia eruptionem facilitat, sudorem movet, & venenum oppugnat. Pueris aliisque tenerioribus in cerevisia tenuiore vel aq. hord. suspendi potest in nodulo linteo raro pulvis ex Corn. C. præpar. & rasura eboris.

Somnus moderatus sit, ne materia per somnum intro revocetur: quin potius vigilare satius est, quam dormire, præsertim quando erumpunt pustulæ, & ægrum in quiete continere.

Excretiones consuetæ secundum naturæ modum procedant: & si alvus suppressa est, leniente clystere, aut suppositorio subducatur, aut leni aliquo purgante, ne ulla fluxioni, quæ in hoc affectu periculosa est, occasio præbeatur.

Exercitii loco conducit corpus leniter fricare, ut calor materiam evocet, & pori cutis aperiantur.

Animi perturbationes quæ accendunt, & spiritus vel calorem cum sanguine ad interiora revocant, ut Timor & Mœstitia, fugiendæ sunt.

VACUANTIBUS.

Incipiente morbo si ætas & vires permittunt, maxime conducit per venæ sectionem sanguinem emittere: & si adest sanguinis copia in venis, ut oneri naturæ esse videatur, etiam erumpentibus pustulis fas est sanguinem detrahere, non semel duntaxat, sed bis terve, pro ratione & necessitate indicationum.

Quibus vel per ætatē, vel per virtutem nimis debilem, vel metum, vel aliam rationem non licet venam aperire, cucurbitulæ cum scarificatione commodissime substituuntur, & variis partibus, ut lumbis, brachiis, natibus, & cruribus admoveri possunt: nihil enim ab his vel quod naturam humorem peccantem foras

 extru-

extrudentem impediat, vel virtutem debilitet, metuendum est: imo ad cutem trahendo sanguinem, adiuvat naturam.

Hirudines etiam locum habent, quæ partibus magis rubentibus, & si ad caput sanguis fertur, narium venis applicantur, cavendo tamen ne sursum gliscant, ut non semel magno ægri periculo visum est contigisse. Vel provocetur hæmorrhagia equiseto, millefolio, & similibus.

Purgatio per medicamenta non convenit, nisi in iis qui cacochymia laborant, & quidem mox in principio, antequam natura criticam ullam materiæ expulsionem aggrediatur. sit vero lenis & blanda, ne humores commoveat exagitetque, sed humores in primis viis hærentes, & putridum halitum sursum emittentes educat. idque per enemata vel glandes fieri melius. si tamen malit æger potionem, poterit ex decoct. tamarind. manna, cass. syr. ros. sol. parari, quæ etiam infantibus tuto dari possunt. vel nodulus ex pulvere rhabarb. in haustu cerevisiæ vel ptisanæ maceretur & exprimatur.

Iuvantibus Eruptionem.

Decoct. hord. ficuum arid. passul. rad. & sem. fœnic. anis. aquileg. napi, nasturt. glycyrrhiz. acetos. tormentill. helenii. cicer. rubror. fl. calendul. chamæm. capill. vener. croc. citr. scord. card. bened. rad. angelic. myrrhid. lign. sassafr. guaiac.

Ex his fieri possunt decoct., emulsiones, pulveres, tabellæ, addito saccharo, & Morselli, pro cuiusque placito, & morbi conditione. In magno ardore interno magis temperata eligenda sunt.

Infantibus solæ ficus commode exhibentur. Vinumque granator. ad dulcedinem earum corrigendam superbibatur.

Foris conveniunt frictiones leves. inunctiones ex ol. amygd. in quo ebullierit scord. & radix scrofulariæ. Balneum. calida fomenta, ex Decoct. fl. chamæm.

meli-

mililot. ſem. aneth. rad. alth. malv. ſcabioſ. helenij. Cucurbitulæ.

Alterantibus et Fervorem Internum Mitigantibus.

Syr. granat. limon. ſucc. citri, iuiubin. de agreſt. oxyſacchar. rob. de ribes, berber.

Decoct. hord. excort. lentium excort aut ſecundo elixarum, iuiubar. acetoſ. cidon. cichor. endiv.

Condit. ex conſerv. viol. roſ. rub. nymph. bugloſſ. acetoſ. acetoſell. cum ſpec, diamarg. frig. diarrhod. abbat. diatragac. frig. trochiſc. de camph. de ſpod.

Malignitati Resistentibus et Confortantibus.

Man. Chriſt. perlat. tabul. diamarg. frig. de gemmis, confect. liberant. lætificant. Galen. alkerm. de hyacinth. Conſerv. bugloſſ. borrag. acetoſell. calendul. cort. citr. ſolut. perlat. lap. bezoar. decoct. c. c. vin. granat. ſal. card. bened. corall. in aq. fœnic. rob. ribes. ſucc. citr. limon. oxyſacch. quæ omnia varie miſceri poſſunt.

Præservantibus Partes Internas, et Externas Defendentibus.

Pulmoni ne à variolis lędatur conveniunt Loch de papav. de lentib. tuſſilag. ſyr. iuiubin. viol. tragac. frig. diapenid. conſerv. roſ. viol.

Fauces defenduntur gargariſmis ex aq. plantag. prunell. aceto roſac. ſucco granat. oxyſacchar. diamor. mell. roſat.

Inteſtina ſyr. cydonior. myrtillor. lentibus bis coctis abiecta priore aq. decoct. tormentill. ſem. plantag. acetoſ. lact. amygdal.

Oculos defendunt, humoresque ad eos ruentes depellunt, album ovi cum aq. verben. aq. rof. plantag. in quibus Rhus obsonior. vel tuthia præpar. infusa sit. Extract. ex flor. cichor. est collyrium etiam tutissimum.

Lact. tepente vel decoct. sem. fœnigr. lini cum aq. rof. ex usu est oculos fovere.

Nares præservantur sæpius olfaciendo ab initio acetum rosac. aut in nodulo pulv. santal. fl. viol. rof. cum granis aliquot camph. utile est per nares attrahere aq. rof. aceto. rof. mixtam.

Si nares sint exulceratæ, crusta detrahatur butyro loto cum aq. rof. vel ol. amygd. dulc. deinde ungantur linimento, ex ol. rof., mucilagine gummi tragac. aq. rof. fact., cerusa lota & cera permistis.

Facies ipsa ut adæquetur & foveæ deleantur, Varioli maturi & iam albescentes acu aurea vel argentea, si haberi potest, aperiendi sunt pluribus in locis, ne rursus coalescant, & linteolo vel gossypio ichor saniosus excipiendus, ne pruritum excitando puer faciem scalpere ac lacerare cogatur. Deinde facies lavanda aq. rof. vel decoct. lupinor. fabar. hord. succ. limon. aq. flor. fabar. sigill. Salomon. vel aq. destill. ex thure, terebinth. laricin. & croco mistis & bene fermentatis: & oleo quod egreditur postquam aqua prodiit; illinendæ foveæ vesperi, mane vero aq. abluendæ ea quæ oleum antecedit: idque continuandum donec cutis adæquetur.

Vetus laridum flamma liquatum & aq. subinde recenti lotum donec ad albedinem redeat, optimum est, si eo facies illinatur.

Vernix Pictorum si inter ardendum vestigiis illinatur, vel per linteolum admoveatur, idem præstat.

THEO-

THEORICA ET EMPIRICA *medicamenta pro Curatione* Morbillorum et Variolorum *feliciter usurpata.*

℞ Decoct. hord. ℔ ß. sacch. rub. ℥ j. butyr. rec. ℥ ß. vitell. ovi nu° j. M. F. Enema. pro iunioribus. Pro adultiorib. vero ℞ Decoct. hord. vel herb. emoll. ℔ j. cass. extr. sacch. rub. ana ℥ j. ol. viol. ℥ j ß. butyr. rec. ℥ j. M. F. Enema.

℞ cass. rec. extract. pulp. tamarind. ana ʒ vj. cum sacch. M. F. Bolus.

℞ Decoct. tamarind. iuiubin. sebest. flor. cordial. ℥ iiij. vel v. In Colat. dissolv. mann. ℥ ij. pel syr. ros. sol. tantundem. vel de cichor. cum rhab. ℥ j. F. Potio.

℞ ficuum nu° vij. lent. excortic. ℥ iij. sem. fœnic. tragac. ana ʒ ij. F. Decoct. in aq. ℔ j ß. Colatura detur pro aliquot vicibus.

℞ passular. caricar. ana ℥ ij. rad. fœnic. petrosel. ana ℥ j. santal. rub. ʒ ij. sem. anis. ʒ j. croc. ʒ ß. in aq. s. q. F. Decoct. & Colatura detur.

℞ glycyrrhiz. passul. caricar. ana ℥ iiij. lentium excort. ℥ ß. sem. fœnic. dulc. ʒ iij. lacc. tragacanth. ana ʒ ß. F. Decoct. ad terr. Colat. detur. dos. ℥ v.

℞ ficuum pinguium nu° v. sem. fœnic. lent. excort. ana ℥ ß. sem. aquileg. lacc. ablut. ana ʒ ij. tragac. ʒ j ß. fl. calend. fol. scord. ana p. j. F. Decoct. in aq. fœnic. ad tert. Colatura tepide bibatur mane & vesperi. In Morbillis loco lentium melius est substituere ciceres rubros, quia succum tenuiorem producunt & urinas movent.

℞ ficuum pinguium concisar. nu° v. lentium excortic. sem. 4. frig. maior. ana ℥ ß. iuiub. nu° ix. fol. acetos. m. ß. lacc. ablut. gummi, tragacanth. ana ʒ j ß. spod. ex ebore ʒ j. F. Decoct. in aq. hord. q. s. ad tert. Colat. add. oxysacch. simp. ℥ ij. syr. de succ. citri ℥ j.

℞ c. c. præpar. succo scord. ʒ i. ras. ebor. corall. rub. præp. sem. card. bened. excortic. ana ℈ j. spec. liberant. ℈ ij. margar.

gar. præp. ℈ ß. M. F. Pulvis ſubtil. doſis ℈ j. vel ʒ ß. in aq. fœnic. vel card. bened.

℞ ſem. napi ʒ iij. citri ʒ ij. aquileg. melon. card. bened. ana ʒ j ß. cum aq. fœnic. & card. bened. ana ℥ iij. F. Emulſio, dulcoretur man. Chriſti perlat. In magna virium iactura & alvi fluxu addatur ſolut. perlar. & tinctur. corall.

℞ lap. bezoar. gr. iiij. ſolu. perlar. ʒ ß. aq. ſcabioſ. ℥ iij. M. F. Potio.

℞ c. c. præp. ʒ. j. oſſ. de c. c. ℈ j. ſem. card. bened. citri ana ℈ j. ſpec. liberant. ʒ ß. margar. præp. corall. præp. vel ſolutionis eorund. ana ʒ ß. M. F. Pulvis. Doſis ʒ ß. in aq. acetoſ. flor. calendul. vel fœniculi.

℞ confect. alkerm. ſive lap. lazul. paratæ ʒ ß. aq. card. bened. ℥ iiij. M. F. Pot.

♃ unicornu, lap. bezoar, ana ℈ ß. corall. rub. præp. margar. præp. c. c. præp. raſ. ebor. ana ʒ ß. ſacchar. roſ. ʒ ij. M. F. Pulvis. doſ. ℈ j. in iuſculo cicer. rubr.

℞ rad. fœnic. myrrhid. ana ℥ ß. ſem. fœnic. card. bened. ana ʒ j. raſ. c. c. ʒ ii. caricar. pinguium nuº vi. tragac. ʒ j. lacc. ʒ ß. F. Decoct. Colat. diſſolv. oxyſacchar. ſimp. ℥ ij. F. Potio.

℞ rad. roſ. canin. cum aq. & vino lotæ ℥ ij. contund. affundendo aq. card. bened. q. ſ. expreſſ. add. ſacch. alb. q. ſ. ut F. Syrupus.

℞ aq. card. bened. ſcabioſ. fœnic. ana ℥ iij. ſpec. diamargar. frig lætif. Gal. ana ʒ j. gran. kermes. ʒ ij. troch. de camph. ℈ j. M. F. Epithema. quod tepidiuſcule regioni cordis cum panno ſcarlatino admoveatur mane & veſperi.

℞ conf. alkerm. cum aq. card. bened. diſſolutæ ʒ i. illinatur regio cordis poſt fotum, deinde ſupertegatur eodem panno.

℞ lacc. ablut. lentium excortic. ana ʒ vj. tragac. ʒ iij. coq. in aq. Colat. add. ſacchar. alb. q. ſ. detur mane & veſperi, pro præſervatione partium internarum.

℞ Loch. de papav. ʒ ß. ſpec. diatragac. frig. ℈ iiij. ſacchar. penid. ʒ vj. pulveris lentium excort. ʒ iij. amyli ℈ j. cum ſyr. iuiubin. & myrtin. ana q. ſ. M. F. Looch.

℞ con-

℞ conserv. rof. rub. ℥ j ß. succ. expreff. ex lentib. tertio elixis ʒ vj. sem. papav. alb. ℥ ß. tragac. ℈ j. cum syr. de rof. sicc. q. s. M. F. Linctus pro defensione Pulmonum.

℞ emulsion. 4. sem. frig. mai. ℥ iiij. trochisc. alkek. ʒ j. de carab. ℈ j. M. F. Potio pro defensione renum.

℞ aq. rof. plantag. ana ℥ iiij. diamoron. ℥ j ß. vini granat. ℥ j. amyli ʒ j ß. M. F. Gargarismus pro faucibus conservandis.

℞ aq. plantag. ℔ j. aq. hord. excort. ℔ ß. rof. rub. p. j. balaust. ʒ j ß. sem. sumach. ʒ iij. F. Decoct. ad tertias. Colat. add. diamoron. ʒ ij. syrup. granat. ℥ j. M. eoque sæpe os colluat.

℞ aq. plantag. tormentill. ana ℥ ij. syr. cydon. myrtill. ana ℥ j. rob. rib. ℥ ß. M. F. Potus præservans intestina.

℞ rad. tormentill. ℥ ij. bistort. ℥ ß. sem. acetof. plantag. ana ʒ ij. F. Decoct. Colat. add. syr. cydonior. myrtill. ana ℥ j ß. tinct. corall. ℈ ß. M. F. Pot.

℞ aq. rof. ʒ ij. acet. rof. ℥ j. M. & sæpe attrahat æger per nares, ut præservet. Quod si exulceratæ sint, crusta detrahatur cum ol. amygd. dulc. & linimento seq. ℞ ol. rof. ℥ j. mucilagin. tragac. ex aq. rof. ℥ ß. cervis. lotæ ʒ j. ceræ parum. M. F. Linimentum.

♃ aq. rof. ℥ ij. plantag. ℥ j. pulv. sem. sumach. ʒ ij. M. ad ignem lentum. calefiant. Colatur. expref. admisce camph. ℈ ß. croci gr. v. F. Collyrium. quo cum tenui linteo oculi sæpius illinantur.

♃ aq. rof. ℥ ij. euphraf. ℥ j. sief. alb. ʒ j. tutiæ præp. ʒ ß. camph. ℈ ß. croc. gr. v. M. F. Collyrium: instilletur oculo si intra erumpant varioli.

℞ ceruf. lot. ʒ v. sarcocoll. ʒ j ß. tragac. ʒ ß. opii gr. iiij. cum mucilag. tragac. in aq. plantag. fact. F. Collyrium quod in lacte mulieb. vel aq. rof. vel eufraf. dissolv.

℞ fol. tamarisc. rof. rub. lentium ana m. j. salis ℥ j. santal. rub. ʒ iij. camph. ʒ ß. bull. in aq. rof. ℔ j ß. ad tert. In Colat. linteum expressum variolis in facie appone. exficcat & sanat.

℞ cort.

℞ cort. thur. sandarac. Arab. ana ʒ ij. myrtill. nuc. cupress. ros. rub. balaust. ana ℥ j mastich. ʒ ß. M. F. Pulvis. de quo aliquid iniiciatur super prunas, & suffumigentur lintea variolis admovenda.

℞ ol. ros. ℥ j. ping. anguill. ℥ ß. laventur cum aq. ros. add. ceræ liquefact. parum. lithargir. ʒ j. ceruss. ʒ ß. M. F. Linimentum ad crustam detrahendam.

℞ ung. citrin. ℥ j. pomad. ℥ ß. M. illinatur facies vesperi. mane abluatur decoct. hord. cum lupin. & sem. melon.

℞ rad. arund. cann. ana ℥ j. sigill. Salom. ℥ ß. sem. melon. ʒ ij. farin. lupinor. ℥ ß. litharg. ceruss. ana ʒ j. ß. sarcocoll. ʒ j. camph. ʒ ß. ol. amygd. dulc. ℥ j. M. F. Unguen. quo facies, ubi cicatrices seu foveæ ex Variolis relictæ sunt, illinatur: tollit enim vestigia illa, & cutem adæquat.

℞ ol. amygd. dulc. ℥ ß. ol. Tartar. calcinat. ʒ iij. gerss. serpentar. ceruss. ana ʒ ij. tragac. mastich. vitriol. alb. ana ℈ j. ceruss. lot. parum. M. F. Ung. Denique impleantur cavitates balsamo citrino liquidambar dicto.

APPENDIX

Curatio Variolorum et Morbillorum *inserviens.*

Ebullitio sanguinis, quæ Febrem facit, refrigerationem indicat, malignitas & plenitudo vacuationem. Utrumque præstat venæsectio, quam mox à principio administrare oportet antequam natura expulsionem moliatur, dummodo ætas, vires, regio, tempus, cæteraque cōsentiant. & licet maculæ iam apparere incipiant, fas est missione sanguinis plenitudinem naturam gravantem minuere: neque enim propterea natura expulsionem intermittet: imo potius parte oneris levata reliquum vincet facilius, & ad cutem expellet validius. Dum autem erumpunt maculę, sedulo cavendum est ne ulla recursus humoris introrsum occasio præbeatur: sed contra

contra motum naturæ adiuvare oportet attrahentibus externis,& poros cutis aperientibus atque interius expellendi humorem facultatem habentibus: quæ omnia temperanda & secundum indicationum exigentiam ac necessitatem ita accommodanda sunt, ut Febrem augere non possint. Quum sanguis ad caput fertur, & periculum est ne usum oculorum auferat, vel phrenitidem accersat, præmissa venæ communis larga sectione, hęmorrhagiam provocare consultum est equiseto vel millefolio naribus intruso, vel hirudinibus extremitatibus venarum eo loci admotis. Intus alterantia & sanguinis fervorem nimium mitigantia, quæ simul etiam corroborent, & partes internas à læsione defendant, ex usu sunt, priusquam eruptio humoris incipiat, vel partes illæ afficiantur. Ætas infantilis, quam hic morbus infestare magis consuevit, non quidem istam curandi rationẽ immutat, sed tenerrime tractari vult ob virium lapsum facilimum, si vel tantillum peccetur. Quare in infantibus magnus remediorum delectus est habendus, ut natura ad expulsionem duci, non cogi videatur: his loco venæ sectionis, quæ tamen septennibus commode interdum usurpatur, cucurbitulæ cõveniunt cum levi scarificatione, in cruribus & natibus. Postremum quod curæ esse debet, est ut color fœdus & vestigia variolorum, quæ faciem ut plurimum deformant, auferantur: hoc enim incuria & ignorantia eorum qui adsistunt ægris plerunque accidit. Præservatur autem facies, si pustulæ, quum maturæ iam sunt & albescunt, acu circumcirca compungantur, ut materia purulenta, quæ pruritum excitando dum exsiccatur pueros ad scalpendum & lacerandum faciem impellit, effluat: alioquin si relinquatur, donec penitus exsiccetur, cutem exedit, & fœdas cavitates relinquit, vel si sponte effluit, vicinas partes inficit & exulcerat. Post apertionem naturalem vel artificialem, & saniei purulentæ vacuationem, utendum est lenientibus, tergentibus, sarcoticis, consolidantibus, siccantibus, & foveas delentibus.

De
TERTIANA INTERMITTENTE.

Febris Tertiana Intermittens à paroxyſmo tertio quoque die redeunte, & humore eo temporis intervallo ſuccedendi ſolito, nomen habet. Si tempus paroxyſmi horas 12 non excedit, exquiſita dicitur: ſi vero ulterius protenditur, notha & ſpuria vulgo nuncupatur. Exquiſita eſt ab humore bilioſo naturali vel præter naturam affecto, circa hepar vel meſenterium putreſcente: notha vero ab humore bilioſo cum aliis excrementitiis permiſto, iiſdem in locis accenſo & putreſcente. Intermiſſio igitur quæ unum diem, qui inter duos paroxyſmos medius eſt, durat, diſcrimen à Tertiana continua facit. Paroxyſmus autem eodem ſæpius tempore, tertio quoque die, quandoque citius, & quandoque tardius recurrit, affligitque alias gravius, alias levius, prout cauſa à qua excitatur, nempe humor bilioſus putreſcens, paucus vel multus fuerit, & vel purus vel aliis humoribus permiſtus. Sed per putredinem non eſt intelligenda totalis humoris corruptio: excretiones enim quæ fiunt in paroxyſmis nullum eiuſmodi humorem corruptum exhibent, ſed ſolum alteratio & mutatio quædam proprio nomine deſtituta: ſi tamen quoquo modo eam exprimere fas eſt, aſſatio ſeu exuſtio quædam humoris verius quam putredo dici debet: non enim aufertur caliditas bilis propria à calore febrili, ſed intenditur.

Causa immediata eſt vapor ſeu fuligo ex inflammatione bilioſi humoris, circum iecoris cava vel in meſenterio coacervati, aſcendens & cordis actiones perturbans: aſcendit autem per venæ portæ cum cavæ ramis & per arteriarũ cum venis meſaraicis ἀναστομώσεις: humor vero eſt vel pure bilioſus, vel pallidus, vitellinus,

linus, porracius, æruginoſus, vel pituitoſo vel melancholico permiſtus. Cauſæ antecedentes & internæ ſunt temperamentum totius calidum & ſiccum, hepatis conſtitutio calidior, vitium aliquod in veſicula fellis, ætas iuvenilis & virilis, quatenus cauſas alias promovet. Cauſæ externæ & evidentes, ſunt alimentorum calidorum & ſiccorum uſus nimius & diuturnus, inedia, ſitis, æſtas intenſa, vigiliæ, corporis & veneris exercitium intempeſtivum atque immodicum. Ira, excandeſcentia, curæ graves, humoris bilioſi excerni ſoliti ſuppreſſio, crapula.

SIGNA. Rigore primum incipit vehementi & pungitivo ab halitu & humore tenuiſſimo & pauco è venis excidente; quo autem eſt tenuior, acrior & calidior, facultas expultrix validior, & partium ſenſus exquiſitior, hoc etiam rigor ſolet eſſe vehementior: ſenſim tamen diſcuſſo atque evaneſcente eo ſive vapore ſive humore, miteſcit, & protinus ab eo calor erumpit intenſiſſimus: ſed qui tamen ſenſim etiam miteſcere ac manu ſuperari deprehenditur: bilioſus enim humor cum tenuis ſit, mox ad ſummum vigorem pervenit, & non multo poſt diſcutitur; quo tempore levi madore totum corpus perfunditur. Pulſus initio acceſſionis parvus, rarus, tardus, materia nondum à calore oppreſſo evicta, ſentitur: increſcente vero paroxyſmo fit magnus, frequens, celer, & inæqualis: minus tamen & obſcurius quam in aliis intermittentibus: ut enim declinat acceſſio, paulatim ad ſuam naturam redit: non tamen omnino liber eſt ab inæqualitate: nam remanente in vaſis levi aliqua plenitudine à qua facultas veluti pondere gravatur, inæqualitatis inter συστολὴν ac διαστολὴν quædam veſtigia ſupereſſe neceſſe eſt. Urina flammea, conſiſtentiæ mediocris, quandoque nebulam albam vel enæorema exhibens. Quo autem magis Febris ab exquiſita recedit, hoc etiam urina minus intenſa & colorata apparet: ſed interdum turbida & craſſa. Paroxyſmi tempus in exquiſita tertiana non excedit horas 12, ſæpius intra 7 horas finitur, aliquando ſerius, prout humor Febrem efficiens multus eſt, vel paucus,

cus, tenuis vel crassus: virtus robusta vel debilis, habitus corporis rarus, vel densus: ætas, regio & cæli status morbo congener vel repugnans: in hyeme enim paroxysmi solent esse paulo longiores: tempus autem longissimum est horarum 12: sed in notha ultra 18, 20, & nonnunquam longius extenditur. Symptomata adsunt qualia in Febribus biliosis continuis, sitis, oris amaror, lingua nigra & scabra, humore bilioso in ventriculum refuso, unde vomitus solet accidere. Si ad corporis ambitum fertur, sudores erumpunt: si ad intestina, biliosa deiectio & diarrhœa concitatur. Si ad renes, urina biliosa in copia meiitur. Si portio quædam in cerebrum ascendit, delirium excitatur: ubicunque autem confluxerit, ardor eius præsentiam attestatur: potissimum vero ardoris sensus in hepatis regione molestus est, quod citra hepatis læsionem raro Tertiana oriatur. In notha conspicua sunt eadem symptomata, sed remissiora: calor autem Febrilis diuturnior, quod in humore crassiore sedem habeat, qui neque per vomitum, neque per sudorem, neque per urinam, neque per alvum tam facile reiicitur.

Prognostica. Omnium Intermittentium Tertiana exquisita brevissima est: septē enim circuitibus ut plurimum terminatur, aut ad summum 9 tantum attingit. Si in prima accessine urina subrufa vel subflava, & paulo post albam nebulam vel suspensionem exhibet, non ultra 4 paroxysmum protenditur: & si ea apparet prima statim die, 3 finietur. Si vero ruffa seu ignea sine suspensione, vel nubecula in primo circuitu, ad 7 extenditur. Ex consideratione etiam ægri constitutionis, ætatis, regionis, temporis, accessionis & Febris, ipsius duratio sciri porest. Nam si humor biliosus non multus sit, isque tenuis, corpus apertum ac pervium, natura robusta, temperamentum calidum, siccum, ætas florida, regio & tempus etiam consentiunt, 4 au 6 tantum horarum erit accessio, & sæpius tertio paroxysmo finem habebit Febris: Quo autem omnia ab his magis recedunt, hoc etiam & paroxysmus plures horas, & Febris plures paroxysmos habitura est.

Quæ

Quæ 7 terminabitur, quartum habere solet omnium vehementissimum: à 4 ad 7 sensim minuitur, donec penitus non redeat. Notha longius protenditur, raro enim 14 periodis iudicatur: sed sæpe ad 40 diem, aut interdum per menses durat, præsertim si visceris alicuius ut lienis vel iecoris vitio foveatur: alias quum materia pauca est, 5 aut 7 similiter terminatur. Est præterea quoque tutissima, & per se minime lethalis: nisi vel magnum inveniat in corpore morbosum apparatum, vel malignam aliquam asciscat humor biliosus qualitatem, aut perperam curatio instituatur: aut errorem aliquem insignem æger committat. Sæpe desinit per alvi eruptionem paucorum dierum: aliquando per decubitum, præsertim spuria: & tum crura inflammari solent, decumbente scilicet ad partes inferiora materia: aliquando per urinas: nonnunquam lente solvitur sine crisi manifesta. Interdum tamen exquisita duplicatur, vel in continuam commutatur. Notha vero in Quartanam vel Quotidianam pro natura & ratione humoris qui bilioso permiscetur, convertitur.

CURATIO

Sequentibus remediorum generibus perficitur.

VICTUS RATIONE.

In aëre æger collocandus est aperto, puro & refrigerante, ut in continuis dictum est.

Victus Febri proportionatus sit, hoc est, tanto tenuior quanto Febris gravior fuerit, refrigerans & humectans, ut iuscula ex pullis gallin. & carne vitulina, lactuca, portulaca, endivia, acetosa, & borragine alterata, & perfusa limonum succo. Die intermissionis paulo pleniore cibo uti licet, sed quo accessio futura est, si inedia ferri non po-

 test,

test, quatuor ante paroxysmum horis æger tenuiter cibandus est, ut natura satis ad cibum concoquendum temporis habeat, antequam circa Fibris insultum occupetur. Notha cibum magis temperatum, & nonnihil etiam calefacientem & attenuantem requirit, pro ratione humoris qui bilioso permiscetur. Potus sit aqua hordei, cerevisia tenuis, vel Iulep. ex succo limon. & saccharo & multa aqua simul fervefactis & clarificatis. A vino ante signa concoctionis & statum morbi arcendus æger est: tum vero album tenue & aquosum concedi potest. Tempus potus exhibendi in paroxysmo est in summo vigore febrili: isque sit aqua hord. vel Iulep. ex succo vel syrupo acetos. simp. de cichor. viol. vel limon. cum duplo vel triplo aq. endiv. cichor. acetos. bugloss.

Somnus paroxysmi tempore prohibendus est, præsertim initio accessionis: in declinatione vero permitti potest.

Exercitatio omnisque corporis labor fatigans vitandus.

Præparantibus et Alterantibus.

Syr. acetos. simp. oxysacch. simp. syr. limon. de acetos. citri, de cichor. simp., de endiv. acetosa, cum aquis & decoctis rad. cichor. gramin. taraxaci, herb. endiv. acetos. scariol. lactuc. plantag. portul.

In notha syr. capill. vener. byzantin. oxysacch. comp. de radicib. de beton. oxymel. simp. cum aquis Apii agrimon. eupator. capill. ven. centaur. minor. chamæd. chamæm. succis. hepatic. fœnicul. card. bened.

Cremor Tartari, Tartar. vitriolat. spirit. vitrioli, nitri, salis, quæ in iusculo convenienti dissolvi possunt, & sæpius usurpari.

Ex his omnibus parari possunt Iulepi, syrupi, apozemata, aliaque potionum genera: quæ humori bilioso simplici

ſimplici vel aliis humoribus permiſto, ut ſigna demonſtrant, accommodanda ſunt: & citra ullam naturæ criticam aliquam eruptionem, forte molientis destructionem, præparatos humores blande & ſenſim convenientibus purgantibus educere licet.

VACUANTIBUS.

Clyſtere primum emolliente & refrigerante, deinde magis purgante & humoribus redundantibus ac vitioſis accommodato.

Cathartico ex decoct. rad. cichor. taraxaci, polypod. q. aſari. herb. endiv. acetoſ. centaur. minor. abſinth. centinod. piloſell. ſtœchad. citrin. ſcolopend. beton. fol. ſen. rhabarb. agaric. mann. cremor. Tartari.

Elect. diacathol. roſ. Meſ. de pſill. de ſucc. roſ. ſyr. roſ. & viol. ſolut. de cichor. cum rhabarb. diaprun.

Vomitorio ex Decoct. rad. & fol. aſari, vel eius pulv., in aq. peponis, raphan., vel pauco croco metall. in aq. card. bened. & endiv. infuſo. Vitriolo albo vomitivo in iuſculo diſſoluto. Flores antimonii ſi recte præparentur paucorum granor. pondere in nodulo aq. endiv. & pauco vino albo leviter expreſſo blande vomitum cient.

Venæſectione ante tertium paroxyſmum, ſi nihil prohibeat, non larga autem eſſe debet miſſio ſanguinis, ut in continuis, in quibus incendium maius eſt, & vitium in venis maioribus.

RELIQUIAS DISCUTIENTIBUS, ET PELLENTIBUS.

Per urinam emulſion. ex 4. ſem. frig. maior. ſero lactis vel aq. gramin. fragar. cichor. aſparag. hord.

Decoct. rad. gramin. apii, aſparag. fœnicul. petroſelin. capill. ven. abſinthii. cicerum rubr. cuſcut. flor. chamæm. ſem. geniſt. ononid.

Syr. acetoſ. comp. de 2. radicibus. quibus addi poteſt ali-

quid spirit. vitriol. salis vel lapid. prunell. seu nitri præparat.

Trochisc. de absinth. de rhabar. eupator.

Per sudorem aq. hord. acetos. bugloss. borrag. cichor. card. benedict. fumar. scabios. centaur. minor. cum sale absinth. fraxin. artemis. lapid. bezoar. Decoct. c. c. lign. sassafras.

Balneo calido aq. dulcis.

Roborantibus.

Conserv. cichor. viol. acetos. acetosell. rad. cichor. condit. cort. citri. spec. diarrhod. abbat. diatrionsantal. aromat. ros. diamargar. frig. manus Christi perlat.

Epithemat. ex Decoct. endiv. cichor. taraxac. agrimon. ros. viol. absinth. chamæm. meliss. veronic. spic. schœn. santal. acet. rosac. croc. camphor. spec. aromat. & temperat. cordialib.

Inunctione hypochondriorum ex ung. rosac. santalin., superinducto linteo succo aggrest. aut intybi & pauco aceto madente, vel ex ol. chamęm. aneth. absinth. cum vino albo tenui & pauco aceto rosac.

Fomentatione ventriculi ex decoct. absinth. menth. fl. chamæm. melilot. ros. rub.

Ceroto stomachali, emplastr. de crusta panis.

THEO-

THEORICA ET EMPIRICA *medicamenta pro Curatione* TERTIANÆ INTERMITTENTIS *feliciter usurpata.*

℞ malv. viol. mercurial. betæ, furfur. ana m. j. sem. 4. frig. mai. ana ʒ j. F. Decoct. In Colat. add. cass. ℥ j. elect. diacathol. ℥ ß. spec. hier. ʒ j. ol. ros. viol. ana ℥ j ß. salis ʒ ß. M. F. Enema.

℞ rad. alth. ℥ j. malv. parietar. betæ, ana m. j. centaur. min. stœch. citrin. fl. chamæm. furfur. ana m. ß. prun. nu° ix. F. Decoct. In Colat. ℔ j. dissolv. elect. lenitiv. ℥ i. diaphœn. ʒ ij. mell. ros. sol. ℥ j. ol. chamæm. viol. ana ℥ j ß. sal. parum. M. F. Clyster.

℞ cass. rec. extr. ℥ i. syr. viol. solut. ℥ i ß. decoct. cordial. ℥ iiij. pulp. tamarind. ℥ i. M. F. Potio.

♃ aq. endiv. vel decoct. tamarind. & rad. cichor. vel taraxac. ℥ iiij. infund. rhab. ʒ j ß. spic. ℈ j. In Colat. ex. ress. dissolv. mann. elect. ℥ j. Iterum exprim. & add. syr. ros. vel viol. solut. ℥ j. M. F. Haustus.

℞ rad. taraxac. cichor. ana ℥ ß. asar. ʒ ij. endiv. m. j. centaur. minor. card. bened. ana m. ß. fol. sen. mund. ʒ ii. rhab. el. ʒ j. fl. cord. ana p. j. zinzib. ʒ ß. cinam. ℈ j. F. infus. in aq. s. q. & leniter coq. In Colat. dissolv. syr. de cichor. cum rhab. ℥ j. M. F. Potio.

℞ aq. atriplic. lactuc. ana ℥ ij. ol. commun. ℥ ij. M. tepide sumatur ad vomitum.

℞ fol. asar. m. j. leviter bull. in aq. hord. Colat. tepide præbeatur.

♃ rad. asari ʒ iij. F. Infus. in decoct. hord. cum pauco vino. Colatura detur.

℞ syr. acetos. simp. ℥ j. viol. de endiv. ana ʒ ß. aq. endiv. acetos. borrag. ana ℥ j ß. M. F. Iulep.

℞ oxysacch. simp. syr. de succo acetos. ana ℥ j. decoct. acetos. cicerbit. endiv. bugloss. ℥ iiij. M. F. Syr. in aurora sumendus.

℞ fol. lactuc. portul. endiv. cicerbit. acetos. scariol. ana m. j. sem. 4. frig. mai. ana ʒ ij. fl. cordial. ana p. j. sebest. par. x. bull. in aq. s. q. Colat. ℔ j ß. add. syr. de acetos. citri, nymph., ana ℥ iij. M. F. Apozema aromatis santal. citrin. ʒ ij. frigidum sumatur mane tribus diebus continuis, & rursus triduo repetatur si opus videbitur.

℞ rhab. elect. infus. in aq. endiv. per noctem ʒ j. ß. diaprun. solut. ℥ ß. syr. ros. solut. ℥ ij. Decoct. cord. q. s. M. F. Potio.

℞ pulp. cassiæ rec. extr. cum decoct. berber. ʒ j. diaprun. sol. ℥ ß. M. F. Bolus.

℞ extract. rhabarb. ʒ ß. vel ʒ j. syr. ros. solut. ℥ j ß. M. F. Potus.

℞ rad. cichor. fœnic. taraxac. ana ℥ j. asar. ʒ ij. endiv. agrim. capill. vener. ana m. ß. passul. ℥ ß. F. Decoct. Colat. infund. fol. sen. el. ℥ ß. rhabarb. elect. ʒ ß. cinam. turbit. elect. ana ℈ j. fl. cord. ana p. j. Colat. ℥ iiij. add. syr. de cichor. cum rhab. mell. ros. solut. ana ℥ j. M. F. Haustus in Tertiana notha sumendus.

℞ rad. cichor. asparag. gramin. fœnic. taraxac. oxylapath. polypod. ana ℥ ß. endiv. hepatic. chamædr. capill. vener. card. bened. ana m. j. sem. 4. frig. maj. ana ʒ ij. fœnic. genist. ana ʒ j ß. passul. ℥ j. F. Decoct. In Colat. ℔ j. infund. per noctem fol. sen. mund. ℥ j. rhab. elect. ʒ ij. agar. albiss. turbit. gummos. ana ʒ j. zinzib. cinam. ana ʒ ß. spic. ℈ j. fl. cordial. ana p j. Colat. add. syr. de cichor. cum rhab. ros. solut. de endiv. comp. ana ℥ i ß. M. F. Pot. dos. ℥ iiii. vel Colat. add. sacch. alb. q. s. coq. lento igne ad syr. consistentiam, & sub finem affunde syr. diaireos ℥ ii. F. Syrup. aromatis spec. diarrhod. abb. ʒ i. in nodulo. dosis ℥ ii.

℞ rhab. elect. ℥ ß. fl. viol. ʒ ii. rosar. pall. ʒ i. spec. diatrionsantal. mastich. cinam. ana ℈ i. scammon. sulphuratæ ℈ ii. sacch. viol. ℥ i ß. M. F. Pulvis. dosis ʒ i. in iusculo.

℞ cremor. tartar. ℥ ß. tartar. vitriol. scamon. sulphuratæ ana ʒ ii. sacch. albiss. ℥ i. M. F. Pulvis. dosis ʒ i.

℞ rhab. elect. ℥ iii. fol. sen. ℥ ii. scammon. præpar. ℥ ß. spic.

ſpic. ſantal. citr. cinam. ana ʒ ij. trochiſc. berber. ʒ j. Infund. in aq. endiv. loco calido. Et poſt macerationem 2 vel 3 dierum F. Colat. & levis expreſſ. quæ coq. ad lentum ignem, donec ad eam conſiſtentiam deveniat, ut pilul. efformari poſſint. doſis ʒ ß. vel ʒ j. pro ratione ægri & Febris.

℞ ſem. 4 frig. maior. ana ʒ ij. aq. aſparag. ℥ iiij. F. emulſio. cui adde ſyrup. de 2. radicib. ℥ j. F. Potio diuretica.

℞ radic. gramin. aſparag. petroſel. ana ℥ j. glycyrrihz. ſem. 4. frig. mai. geniſt. ana ʒ ij. capill. vener. m j. cicer. rubror. ℥ j. paſſul. ℥ ß. F. Decoct. In Colat. add. ſyr. capill. vener. ℥ ij. ſpir. vitriol. vel lapid. ſeu ſalis prunell. ana ℈ ß. M. F. Potio.

℞ ſalis abſinth. ℈ ij. aq. card. bened. ℥ iiij. M. F. Potio ſudorifica.

℞ milii excort. ℥ ij. fol. card. bened. m. j. fl. chamęm. p. ij. F Decoct. in aq. & tertia parte vini alb. Colat. add. ſyr. capill. vener. ℥ j. M. F. Pot. ad ſudorem.

℞ conſerv. acetoſ. bugloſſ. rad. cichor. condit. ana ℥ ß. ſpec. diatrionſantal. diarrhod. abbat. ana ʒ ß. aromat. roſ. ℈ j. raſ. ebor. ℈ ß. cum ſyr. de cichor. & limon. ana q. ſ. F. Miſtura confortans.

℞ pulv. diatrionſantal. ℥ ij. conſerv. fl. cichor. cort. citr. condit. ana ℥ iij. ſacchar. alb. aq. eupator. ſoluti q. ſ. M. F. Tabellæ. doſis ʒ iij. quotidie mane ſumendæ ſuperbibendo Hauſtum aq. cichor.

℞ conſerv. roſ. nymph. bugloſſ. ana ℥ ß. elect. triumſantal. diamargar. frig. ana ʒ i. corall. rub. præp. ℈ ij. trochiſc. de camph. ʒ ß. moſch. gr. ij. ſacchar. roſ. tabul. q. ſ. M. F. Conditum.

℞ aq. lactuc. endiv. ſcariol. borrag. bugloſſ. ana ℥ ij. ſantal. citr. ʒ ij. ſpec. diamar. frig. ʒ j. camph. ℈ ß. moſch. gr. iij. M. F. Epithema.

℞ agrimon. endiv. ana m. j. ſummit. abſinth. centaur. minor. ana m. ß. Schœn. fl. chamæm. melilot. roſ. viol. ana p. j. F. Decoct. add. ſub finem modicum vini albi & aceti. Eoque decocto foveantur hypochondria.

℞ abſinth. menth. roſ. rubr. ana m. ß. ſpic. ʒ ij. maſtich.

℥ ß. cyperi ʒ i. fl. chamæm. melilot. ana m. ß. F. Decoct. in aq. & vini ana q. s. eoque ventriculi regio foveatur.

℞ ol. mastich. absinth. nardin. ana ℥ ß. ol. nuc. moschat. express. ℈ ii. pulv. mastich. menth. macis ana ℈ i. caryophyll. ℈ ß. ceræ q. s. M. F. Unguentum quo ventriculi regio illinatur.

℞ endiv. summitat. chamæm. melilot. rof. rubr. ana m. j. absinth. agrimon. ana m. ß. sem. fœnugr. ℥ ß. schœnanth. spic. ana ʒ i. F. Decoct. add. sub finem parū aceti, & cum linteo vel spongia eo madente tepide iecoris regio foveatur.

℞ ol. rof. chamæmel. ana ℥ ß. nard. absinth. ana ʒ ii. flor. chamæm. p. ii. spic. schœnanth. rof. rubr. ana ʒ ß. succi agrimon. ℥ ß. ceræ q. s. F. Unguent. quo regio iecoris post fotum illinatur.

℞ cerat. santalin. ℥ iiß. ol. viol. ℥ i. laventur aq. endiv. deinde add. spic. ℈ ß. M. F. Unguentum pro hepatis regione, vel Emplastrum.

APPENDIX

Curationi Tertianæ Intermittentis *inserviens.*

Primo omnium discernere oportet utrum Febris sit exquisita tertiana, an vero notha, ut medicamenta omnia humoribus peccantibus accommodentur: alias eædem sunt indicationes curativæ utriusque Febris: utrobiq; enim humor peccans vacuationem, calor vero Febrilis sui extinctionem indicat. Sed præterea in Tertiana notha adest humor copiosus, crassus, recessus illos œconomiæ naturali destinatos obstruens, & venas sive mesaraicas sive alias vicinas & cum mesaraicis implicatas opplens, qui aperienda, incidentia, attenuantia, & detergentia indicat. Idcirco conveniunt s[illegible] acetos. simpl. oxysacch. de endiv. comp. cap. ven[illegible] mel. rosat. oxym. simp. syr. Byzant. acetos. comp. de 2 [illegible] radic. de betonic. eupator. fumar. lupul. cum duplo aq. vel

vel decoct. capil. vener. endiv. gramin. agrimon. fœnic. hyssop. betonic. absinth. centaur. min. fumar. cuscut. ceterach. card. bened. Primo igitur expurgatis primis locis repleri solitis, die intermissionis sanguis detrahendus est, si vel quæpiam adest, ut fere fit, eius redundantia. Detracto sanguine vomitorium exhibere utilissimum est: humor enim biliosus, ut tenuis mobilisque, & sępius ventriculo in Tertianis Febribus molestus, facilime per vomitum educitur: imo etiam focus Febris, non raro penitus expurgatur, si oportune accommodatum aliquod vomitorium præbeatur. Nullum vero in biliosis Febribus convenientius esse potest quam croci metallor. infusum: quod blande & citra ullam molestiam, humoris etiam penitius hærentis cursum cũ quibusdam simul infra educit. Sed in haustu non plura quam vj. vel viij. grana in nodulo macerari per noctem debent. Simili modo usurpari possunt flores antimonii recte pręparati: qui multo facilius & minore negotio ac molestia operantur quã asarum, quocunque modo præparatum exhibeatur. Si porro Febris non mitescit, humor peccans iulepis & potionibus iam dictis est præparandus, & obstructiones aperiendæ: deinde si nullam criticam excretionem tentat natura, vacuationi incumbendum est per alvum, urinam, & sudores. Post vacuationem naturam debilitatam reficere & residuum fervoris interni extinguere tempestivum est: foris Epithematis, fomentis, & linimentis: intus vero potionibus ac confectionibus cardiacis & refrigerantibus. Denique vitium si quod est ventriculi, hepatis, vel alterius partis, appropriatis auxiliis tollendum est.

De

QVOTIDIANA INTERMITTENTE.

Quotidiana Intermittens non tam ob id dicta est, quia quotidie accessionem habet, id enim Tertianæ duplici, & triplici Quartanæ peculiare etiam est, quam quia ab humore generatur, qui sua natura aptus est ut quotidie moveatur & succendatur, Nocturna dicitur quę noctu infestat, interdiu vero intermittit: diurna è contra interdiu affligit, noctu intermittit: sed sæpe noctu invadit propter naturnam humoris, qui noctu magis moveri consuevit. Est vero is pituitosus, insipidus seu subdulcis, & subacidus & salsus: qui si solus & impermistus incalescit & veluti putrescit loco aliquo extra vasa conclusus, Quotidianam exquisitam facit: si vero aliis permistus est, spuriam & notham. Accessio ad hor. 18. excurrit, adeo ut breve sit & paucarum horarum tempus intermissionis, quia materia in singulis accessionibus non integre discutitur, sed semper aliquid relinquitur in sequentem accessionem.

Causa immediata est vapor ex pituita putrescente ad cor ascendens: incalescit & quasi putrescit in loco aliquo circa pancreas, mesenterium, vel in ipsis intestinis diu conclusa propter obstructionem: & dum calorem præter naturalem inducit, alia aliunde illuc attrahitur, atque adeo etiam chylus pituitosus in intestinis inficitur, ex quo similis subinde materia generatur vitio hepatis frigidioris. Causa enim antecedens est intemperies quædam frigida & humida hepatis, ventriculi, & cerebri copiam excrementitii huius humoris deorsum transmittentis. Causæ evidentiores sunt, esculenta in pituitosum humorem verti apta: usus medicamentorum quæ intemperiem frigidam inducere possunt: imo etiam calidiorum, quæ calorem nativum sensim

ſenſim atterendo cruditatum cauſa ſunt. Voracitas, ob quam plus alimenti ingeritur quam natura poſſit concoquere, unde pituitoſorum excrementorum illuvies promanat, ex quo variæ obſtructiones fiunt. Exercitia intempeſtiva: Venus quæ nativum calorem exhaurit. Somnus nimius. Conſuetæ pituitoſæ excretiones ſuppreſſæ, & ſi quid eſt huiuſmodi.

SIGNA. Principium invaſionis fit non ſubito, ut in aliis Febribus, ſed ſenſim, cum extremarum partium ſaltem refrigeratione ac præcordiorum quadam diſtenſione. Rigor eam non antecedit, neque initio, neque in progreſſu: cum enim materia hæc benigna ſit, & naturæ non adeo infenſa, niſi diuturnitate: & calor ex putredine remiſſus, minus quoque naturam laceſſit: & propterea calor non cum impetu, ſed leviter ad interiora revocatur. Invaſio fit cum propenſione ad ſomnum, pulſus inæqualitate & retractione, ſopita quaſi facultate, inſtrumento impedito, & neceſſitate non admodum urgente. Poſt refrigerationem calor tarde invaleſcit, iſque halituoſus, & aliquantum mordax, tum quando per totum diffunditur: non valde urit, neque denudare membra & abiicere tegumenta ægros cogit: reſpirationem non impedit: neque ſitim ciet; lingua enim humiditate quadam albicante perfuſa conſpicitur. Color adeſt pallidus, etiam quum paroxyſmus ad ſtatum pervenit. Gravitas corporis, & ingens ad ſomnum inclinatio. Urina in principio cruda & tenuis inſtar aquæ, propter obſtructiones quæ ſolum ſeroſam humiditatem fluere permittunt: poſt incipiente concoctione craſſa & turbida. In paroxyſmi declinatione ſudor nullus primis diebus erumpit: ſed progrediente morbo & circa ſtatum demum prodit, niſi fortaſſe ſymptomaticus ex copia materiæ à calore extenuatæ intercedat. Atque hæc in Quotidiana exquiſita cernuntur: In notha vero alia, quæ humorem commiſtum atteſtantur.

PROGNOSTICA. Quotidiana non omnino tuta eſt, propter diuturnitatem, qua vires & facultates plurimum debilitantur: non plane etiam periculoſa

eſt,

est, ob humoris peccantis benignitatem, quæ nulla infert sæva symptomata. Exquisita diuturnior est, duratque ad dies 40, 60, & amplius. Minus longa & periculosa est in qua sudor citius apparet, concoctione tamen præcedente, aut initio accessionis vomitus, in fine sudor: hoc enim humoris tenuitas, rara corporis textura, & caloris nativi robur significatur. Contrarium sequitur si natura nihil eiiciat, quia nihil aut minimum sine naturæ subsidio medicina potest. Itaque si vires & appetitus valde prosternantur, & accessiones sint longæ, cum nullo sudore alleviante, exigua spes salutis superest. Cæterum diurna maius periculum invehit, propter medendi denegatam oportunitatem. Cum enim in paroxysmo naturæ negotium facessere medicamentis non liceat, tempus quod quieti dandum erat, medicationi tribuere necesse est: at quiete interrupta vires citius & magis atteruntur: vel si quies permittenda est, medicationem intermittere oportet.

CURATIO

Sequentibus remediorum generibus perficitur.

Victus Ratione.

Aër requiritur tenuis, purus, modice calidus & siccus: si talis non sit, igne aliisque corrigendus.

Victus, quia morbus est diuturnus, mole quidem tenuis, sed qualitate optime nutriens esse debet, ut quam paucissimæ ex eo fæces generentur, & natura in eo concoquendo non multum fatigetur, ut iuscula capi, pullor. carnis hœdin. vitulin. petrosel. hyssop. thymo, asparag. puleg. fœniculo, buglossa, & borragine alterata. Ova sorbilia. fercula cinamomo, pauco pipere ac zinzibere condita. Salsamenta

quæ

quæ palato grata & morbo remedia sint. Ex fructibus passulæ, cappares, & olivæ utiles sunt.

Pro potu utatur æger vino tenui & albo in pastu: extra pastum hydromelite seu mulsa, quæ modice calefacit, incidit & aperit, ac natura etiam grata est. Ptisana hordei dari potest, sed cinam. & radice irid. condita.

Vigiliæ & corporis quædam exercitatio, si modo per vires liceat, otio & somno præstat: Exercitii loco aliquando frictionibus uti convenit.

In accessionibus autem somnus arcendus est eo magis quo ad eum æger videtur proclivior, ne paulatim in lethargum vel similem affectum delabatur.

Excretiones consuetæ ut procedant, procurandum.

Animus vero ad lætitiam concitandus: Perturbationes vero quæ refrigerare possunt, ut timor & mœstitia, in primis fugiendæ.

INCIDENTIBUS ET MODICE CALEFACIENTIBUS.

Mel. rosat. hydromel. syr. acetos. comp. capill. vener. oxymel. syr. de betonic. de 2 & 5 radicib. Byzantin. oxymel. diuret. scillit. cum aquis & decoct. herbarum & radicum eandem facultatem habentium.

Hoc ordine autem procedendum in attenuantibus & incidentibus, ut initio mitiora, inde sensim ad valentiora & calidiora fiat progressus: sed quia variæ sunt pituitæ species, unicuique harum sunt ista accommodanda. Dulci & insipidæ pituitæ conveniunt oxym. simp. acetos. simp. de 2. radic. decoct. serpill. menth. calaminth. pro ventriculo. stœchad. betonic. salviæ, maioran. pro cerebro. hyssop. pras. cap. vener. glycirrhiz. pro thorace. artemis. matricar. mercurial. pro utero.

Vitreæ pituitæ efficaciora adhibenda sunt, ut oxym. com. acetos. comp. de 5. radicibus scillit. Decoct. thym. serpill. satureiæ, sem. apios, ameos, calaminth.

meatastr.

mentastr. sampsuch. ligustic. meu, ferulæ panac. peucedan. angelic. chamæd. chamæpit.

Acidæ & tenui pituitæ eadem conveniunt, sed sine aceto.

Salsæ, refrigerantia magis temperata, ut syr. de endiv. comp. ros. viol. solut. cremor tartar. & tartar. vitriolat. cum decoct. hord. bugloss. borrag. acetos.

Mixtæ cum bile vel melancholia oxysacch. acetos. simp. de acet. citri, de limon. de pom. 5. Sabor. Byzantin. de lupul. fumar. epithym.

Decoct. thym. epithym. centaur. min. cichor. gramin. acetos. cort. citri.

Vacuantibus.

Clyster. ex decoct. malv. betæ, mercurial. parietar. fl. chamæm. melilo. centaur. min. furfur. sem. anis. fœnic. cartham. mell. ros. hier. picr. ol. chamæm. viol.

Agar. mechoac. Iulep. turbit. hermodact. elect. Ind. diacartham. diaphœnic. diaturbit. cum rhab. conf. Hamech.

Pilul. de hier. cum agaric. assaier. cochiis. stomach. alephang. bened. Nicol. polychrest. Fernel. mastich. luc. troch. alhand.

Per vomitum decoct. raphan. sem. atriplic. aneth. genist. asar.

Extract. esul. in robustioribus.

Per sudorem decoct. fœnic. card. bened. sals. parill. lign. guaiac. sassafr. rad. ebuli. sal. absinth. fraxin. card. bened. theriac. mithrid.

Frictionib. spinæ. brachior. crurum cum linteis calidis in declineatione Febris.

Reficientibus et Ventriculum Roborantibus.

Spec. diarrhod. abbat. aromat. rosat. diaxyloal. dianth. diagalang. diaspolit. diacumin. diatrionpip. diacalaminth.

minth.dialacc.diacurcum. theriac.Mithrid.aur.Alexandr. vin.absinth.
Troch. de absinth. de rosf. de eupator. de capparib.
Inunction.ex ol.anethin.irin.chamęm.mastich.absinth. de spic.nuc.mosch. fomēt.ex decoct.absinth.menth. calaminth. puleg. chamæm. origan. meliss.
Emplastr. stomachal. mastich. inde bacc. lauri.

THEORICA ET EMPIRICA *medicamenta pro Curatione* QUOTIDIANÆ INTERMITTENTIS *feliciter usurpata.*

℞ beatę malv.mercurial.ana m.j.summit.aneth.chamęm.centaur.min. ana m.ß.sem.anis. carthami ana ℥ ß. furfur. in petia ligat. m.ß.F. Decoct. In Colat. ℔ j.dissolv. elect. diacartham. hier. pic. ana ʒ ij. mell. rosf. ℥ j. olei commun. ℥ iij. sal. ʒ j. M. F. Enema.

♃ elect. diacathol.ʒ vj.diaphœnic.ʒ ij. cum sacchar. F. Bolus.

℞ Decoct. aperit. commun. ℥ iiij. pulv. spec. diaturbit. ʒ j. in express. dissolv. syr. viol. sol.℥ j.M.F.Haustus.

℞ radic. asparag. petrosel. polypod. cichor. ana ℥ j. sem.cartham.passul.mundat.ana ʒ vj. fol.agrimon.cuscut.thym.adianth.scolopend.ana m.j ß. Glycyrrhiz.ras. ℥ ß. sem.anis. fœnic. melon. cucumer. ana ʒ ij. fl. cord. anthos. ana p. j ß. F. Decoct. ad ℔ j. In Colat. dissolv. oxym. simp. syr. cap. vener. ana ℥ j ß. Si magis detergendum, syr. de 5.radic, ℥ j.M. F. Apozema, in tres doses.

℞ syr. acetos. simpl. mell. ros. solut. ana ℥ ij. aq. cap. vener. bugloss. betonic. ana ℥ ij. M. aromatisetur spec. aromat. rosar. F. Iulep.

℞ oxymel. simp.syr. de 2. radic. Byzantin.ana ℥ i.aq. fœnic. beton. hyssop. ana ℥ ij. M.

℞ sem. raphan.℥ ß. atriplic.aneth.ana ℥ ß.fl.chamęm. p.j.F. Decoct.In Colat. ℥ i. vel ii. dissolv. oxym. simp.

vel si pituita crassior est scillit. ℥ ii. M. F. Haustus vomitorius.

℞ rad. asar. ʒ i. aq. hyssop. meliss. card. bened. ana ℥ i ß. M. F. Pot. vomitor.

℞ rad. aperit. ana m. ß. glycyrrhiz. sem. anis. fœnic. melon. ana ʒ ij. fol. agrimon. hyssop. betonic. cap. vener. ana m. j. puleg. absinth. card. bened. ana m. ß. fl. bugloss. anth. ana p. i. passul. mundat. ana ʒ vj. F. Decoct. in colar. ℔ i. dissolv. syr. de 5. radic. Byzant. cap. vener. ana ℥ i. M. F. Apozema. aromatis. cinam.

℞ agar. troch. ʒ ii. infund. in hydromel. vel decoct. aperit. ℥ v. In Colat. express. dissolv. syr. infus. rosar. cum agaric. ℥ i. M. F. Haustus.

℞ mass. pil. alephang. ʒ i. troch. alhand. gr. iij. cum mell. ros. M. F. Pilul.

℞ rad. gramin. helenii, polypod. q. ana ℥ i. sem. cartham. ʒ ii. chamæd. chamæp. capillar. omnium ana m. ß. sem. fœnic. anis. ana ʒ ii. fl. stœchad. primul. ver. anth. ana p. ii. fl. cord. ana p. i. F. Decoct. in hydromel. In Colat. clarific. macera & decoq. sen. mund. ℥ iiii. agar. troch. ℥ ß iulep. ℥ i. caryoph. nuc. mosch. ana ℥ ß. In express. clarificat. add. succ. depurat. vincetoxic. eupator. Mes. ana ℥ iii. sacch. alb. q. s. coq rursus ad syr. consistentiam. dosis ℥ ii.

℞ rad. helenii ℥ i. polypod. sem. cartham. ana ℥ ii. chamæd. chamæp. thymi, hyssop. ana m. i. sem. fœnic. anis. ana ℥ ß. fl. stœchad. betonic. ana p. i. calend. hyperic. ana p. ii. F. Decoct. in aq. betonic. In Colat. express. ℔ ii. add. succi citonior. ros. rub. ana ℔ ß. In his macera per triduum agar. troch. ℥ i ß. turbit. gum. ℥ ß. fol. sen. mund. ℥ ii. asar. ℥ ß. scammon. præpar. ℥ ß. caryphyll. cinam. ana ʒ iii. F. Fortis express. & depuratio in qua mann. purific. ℔ ß. penid. ℥ iii. coq. lento igne ad formam Electuarii. dosis ℥ i. vel i ß.

℞ apii, petrosel. gramin. asparag. ana ℥ ii. herb. capillar. agrimon. cichor. ana m. i. betonic. hyssop. ana m. ß. passul. mund. ℥ ii. sem. anis. fœnic. melon. ana ʒ i. medull. sem. cartham. polypod. q. ana ℥ ii. flor. bugloss. borrag. chamæm. ana p. i. agaric. trochisc. ʒ ß. F. Decoct. in

Colat.

Colat. ℔ j. dissolv. mell. rof. ℥ ij. facch. q.f.F. Syr. aromatisetur spec. diarrhod. abb. ʒ ij. dof. ℥ iiij. cum decoct. ciceruum rubr. quarto quoque die.

℞ limatur. guaiac. ℥ iij. cort. eiusd. ℥ ß. sassafr. ℥ j ß. infund. in aq. ferventis ℔ v. per hor. 18. post coq. lento igne in vase duplic. add. rad. 5. aperitiv. glycyrrhiz. ana ℥ ß. sem. anis. fœnic. card. bened. melon. ana ʒ ij. fol. agrimon. betonic. hyssop. menth. ana m. ß. flor. stœch. anth. ana p. j. passular. mund. ℥ j. coq. lento igne. sub finem add. vini alb. ℔ ß. solut. dulcoretur saccharo & mell. despum. aromatis. cinam. ʒ j. spic. schœnanth. ana ℈ j. dos. ℥ iiij. vel v. ad sudorem provocandum.

℞ agar. troch. ʒ j ß. rhab. elect. ʒ j. zinzib. ℈ ß. schœn. gr. v. Infund. in aq. fœnic. ℥ iij. endiv. ℥ ij. In Colat. dissol. mell. rof. solut. ℥ j. M.F. Haust. Quotidianæ nothæ inserviens.

℞ oxym. simp. syr. bugloss. cap. vener. ana ℥ j. aq. fœnic. buglosf. fumar. ana ℥ ij. M. leviter bull. & F. Iulep.

℞ elect. diacarthami ʒ iij. confect. Hamech. ʒ j ß. mell. rof. solut. ℥ j. decoct. aperitiv. ℥ iiij. M. F. Haustus.

℞ mass. pilul. de hier. cum agaric. ℈ ij. aggreg. ʒ ß. troch. alhand. gr. iij. cum melle rof. F. Pilulæ.

℞ conserv. anthos. bugloss. ana ℥ j. cort. citr. cond ℥ ß. spec. aromat. rosat. diamosch. dulc. ana ℈ ij. lætific. Gal. ʒ ß. margar. præp. corall. rub. præpar. ana ℈ ß. cum syr. bugloss. cort. citri ana q. f. M. F. Conditum.

℞ conserv. hyssop. betonic. anthos. ana ℥ j. cort. citri cond. ℥ ß. rad. helen. condit. pimpinell. ana ʒ iij. sp. aromat. rof. ʒ ß. spir. vitriol. ℈ ß. cum syr. conservæ. zinziber. q. f. M.F. Electuarium.

℞ emplastr. mastichin. ℥ ij. stomachal. ℥ j. pulv. absinth. ʒ ii. rof. rub. ʒ i. macis ℈ ii. M.F. Emplastrum scutiforme regioni ventriculi admovendum.

℞ radic. cyper. galang. acor. veri lign. aloës, santal. citrin. ana ʒ ii. rof. rub. absinth. ana p. j. mastich. ℈ iiij. troch. alipt. mosch. styrac. calam. ana ℈ ii. M. F. Pulvis pro scuto stomachali.

℞ rof. rub. menth. absinth. salv. maioran. aneth. ana

 ʒ ij.

ʒ ij. caryoph. nucis mosch. galang. schœnanth. ana ʒ j. M. F. Pulvis ex quo scutum concinnetur. vel bull. in vino alb. & aq. pro fotu ventriculi & hypochondrii.

℞ ol. nardin. absinth. mastich. ana ℥ j. pulv. ligni aloës caryophyll. nuc. mosch. ana ℈ j. rosʃ. rub. corall. rub. ana ℈ ß. cum cera F. Linimentum.

℞ menth. maioran. orig. absinth. ana m. j. sabinæ, bacc. laur. calam. arom. cyperi, ana m. ß. rosʃ. rub. fl. chamæm. ana p. ij. sem. anisi, fœnic. ana ʒ ij. galang. schœn. ana ʒ ß. F. Decoct. add. sub finem vini alb. quartam partem. Foveatur ventriculus.

APPENDIX

Quotidianæ Intermittentis *Curationi inserviens.*

Indicatio à morbo contraria est indicationi à causa morbi. Morbus enim refrigerantia indicat, Causa morbi è contra calefacientia. Itaque quæ Febrem extinguere apta sunt, causam augent: quæ vero causam tollunt, augent Febrem. Sed utriusque ea ratio habenda est quæ morbo quam minimum consentiat: quod quidem in hac Febre facta difficile non est: quia calor Febrilis non magnopere infestat, adeo ut ab eo nihil sit metuendum, quamvis medicamenta eum quodammodo augeant: deinde auferendo causam, & impediendo ne pituita in corpore cumuletur ac putrescat, tollitur Febris. Omne autem periculum quod vitæ impendet, non à Febre est, sed ab humore pituitoso totum corpus refrigetante & constitutionem partium naturalem enervante: Quare ad eum tota Curatio verti debet. Primo igitur expurgatis primis viis humor ille crassus, lentus & vias omnes obstruens, & functiones seu facultates sua frigiditate debilitans, incidi & attenuari debet: quæ vero id præstare possunt, simul etiam aperiunt, calefaciunt & roborant. hinc educere eum sensim & blande oportet per vomitum, qui ventriculum & vici-

niam

niam opplet: per alvum, qui in aliis partibus continetur. Sed quia vires continuum horum medicamentorum usum ferre nequeunt, tempus aliquod interponendum est, quo natura vires acquirat & sese recolligat: & tunc confectiones cordiales ac viscera roborantes exhibendæ sunt, potissimum vero ventriculum, qui magis afficitur, & cuius in alimento conficiendo prima est necessitas: deinde rursus attenuantia, incidentia, & detergentia repetenda, postmodum evacuantia: Eandemque telam sic texere oportet, donec corpus eo acervo solutum videatur. Interim si qua est partis offensio, ei occurrendum est convenientibus auxiliis, ne ex uno morbo alius oriatur. Reliquiæ humoris quaquaversum diffusi commode per ea quæ urinam & sudorem cient demum pelluntur, ex quibus mitiora primum usurpanda sunt, & non pauca inveniuntur quæ simul confortant, viresque reficiunt. Decoctum autem Sassafras in hac Febre primas tenet. Externis postremo locus est, ut balneo sicco vel in vapore decocti herbarum calefacientium, ut calaminth. origan. arthemis. thymi, salviæ, meliss. menth. summit. aneth. chamęm. bacc. lauri, iuniper. sabin. & similium in aq. & vino q. s. Deinde post balneum corpus, præcipue vero spina dorsi fricetur, eaque oleo irin. costin. aneth. calide inungatur: Et in lecto æger quietus se contineat sumpta aliqua confect. ex diacalaminth. aurea Alexand. vel alkerm. in vino albo: & propter ventriculum vinum absinthites frequenter usurpetur.

DE
QUARTANA INTERMITTENTE.

QUartana Intermittens biduum habet intermissionis: quarto vero quoque die recurrit, ab humore

 qui

qui sua natura sic moveri, dum succenditur & putrescit, consuevit. Est vero is melancholicus extra venas, in lienem potissimum, interdum in mesenterium & circa hypochondria effusus: imo tanta huius humoris copia quandoque gignitur, ut destinatis à natura receptaculis tota excipi non possit: tumque necesse est ut portio redundans vicinas partes inficiat, præsertim pancreas & mesenterium excipiendæ cuivis illi viæ accommodatissimum: eoque humores confluunt è iecore & liene per eos venæ portæ ramos qui in has partes desinunt: & quum vel per hæmorrhoides vel per uterum in mulieribus, vel per varices, vel per cutem effusus scabiem excitans non evacuatur, præter naturã incalescit ac putrescit: unde Quartana Intermittens generatur: exquisita, si simplex & intermistus est: spuria vero & notha, si alius humor eo loci illapsus admiscetur. Paucus sed varius & calore densatus, Erraticam, vel eam, quæ aliquando die 5, 6, 7, & 9, redit, facit. Paroxysmus non stata semper hora redit, sed alias citius, alias tardius, & horas 8 durat, nonnunquam 12, & amplius, prout magna est vel pauca humoris peccantis copia, & causa putredinis efficax.

Causa immediata est vapor seu exhalatio, ex humore melancholico succenso & putrescente procedens, & actiones cordis lædens: quamprimum enim humoris huius tantum congestum est, quantum ad excitandum paroxysmum sufficit, effumatio ex eo ascendit, quæ pulsum immutat, & dum expultrix facultas insurgit, ut materia illa dispellatur, undique calor confluit ad augendum eius actionem: & tunc pulsus admodam rarus & tardus sentitur, partesque extremæ rigent frigore, nimirum calore suo nativo tantisper destitutæ, donec discussa & expulsa materia impetu recurrat, quo tempore pulsus celerior & frequentior apparet. Antecedentes causæ cur incalescat & putrescat humor melancholicus, sunt, obstructio, tumor, impuritas quædam, seu impura portio reliquum inficiens, & ad putredinem

tredinem recipiendam disponens. Causæ cur congeratur & generetur, sunt hepatis & lienis constitutio melancholica seu frigida & sicca : lienis imbecillitas eum non secernentis, & in suam substantiam, quantum oportet, non convertentis. Interdum inæqualis horum duorum viscerum temperatura, ut calida & sicca iecoris, hyems vero frigida. Causæ remotiores sunt edulia crassa & fæculenta, usus vini rubri crassi vel cerevisiæ non defæcatæ, hæmorrhoides fluere solitæ suppressæ, menstrua retenta in mulieribus, vita laboriosa, tristis, solitaria : Ætas inclinans, in qua calor nativus languescit, sanguis melancholicus colligitur, & cutis densatur, unde calidum effluvium retinetur, & sanguis non eventatus præter naturam incalescit & putrescit.

SIGNA. Paroxysmum antecedit frequens oscitatio & pandiculatio, molesta & inexplicabilis totius corporis inæqualitas, quam horror sequitur, qui progressu in vigorem mutatur subinde increscentem, donec sit vehementissimus, sensum exhibens non rei pungentis, sed gravantis & quasi confringentis ac contundentis ossa. hoc rigore discedente nonnullis vomitio acida erumpit : calor sequitur nonexurens & siticulosus, sed submissus, sensim tamen increscens, & calori carbonis ardentis similis. hinc declinatio succedit, & integra ἀπυρεξία duos dies quieti relinquens, quum pura est & simplex Quartana : nonnunquam accessiones ita invalescunt ut duplicem & triplicem Quartanam repræsentent, atque etiam ad continuitatem progredi videantur. Pulsus respectu ad alias Febres intermittentes rarus & tardus est, etiam in statu & vigore Febris: cessante paroxysmo maior, rarior & tardior naturali, quod aliis febribus non accidit, in quibus post paroxysmum maior pulsus est & frequentior naturali. Urina initio tenuis, aquosa, alba, at longius progresso morbo coloratior & crassior apparet, natura obstructiones expediente & materiam aliquam ex morbo per urinam excernente. Sitis, vigiliæ, capitis gravi-

tas, reliquaque symptomata ægros vehementius premunt, quam in Quotidiana, mitius tamen quam in Tertiana. In declinatione sudor nonnunquam effluit, & solutio accidit effusione urinæ nigricantis & crassæ, sanguinis per hæmorrhoides, menstrua in mulieribus, nares, vel in cutem, unde abscessus, scabies, varices, & alia efflorescunt. Quum hæc Febris vitio hepatis gignitur, color albidus & subtumidus corporis habitus cernitur. Urinæ subrufæ, dextri hypochondrii tumor, & tensio, spirandi quædam difficultas & tussis, quia obstructum, humorisque melancholici exuperantia iecur intumescens sua mole diaphragma premit, ut more solito dilatari nequeat. Atque huic hydrops fere succedit, quod hepatis calor nativus humoris copia obrutus optimum sanguinem alendis partibus idoneum generandi vi & facultate privetur. Si vero à liene affecto generetur, lien intumescit, sinistrum hypochondrium distenditur, faciei totiusque corporis color livescit: Somnus turbulentus, & variis rerum nigrarum spectris molestus: appetentia sæpe deiecta, interdum canina, cum acido ructu & frequenti expuitione.

Prognostica. Quartana omnium Febrium est longissima: non enim ad menses aliquot, sed nonnunquam annos complures extenditur. Quæ æstivo tempore oritur, brevior est, autumnalis longa, præsertim quæ hyemem attingit, quod humores intus remaneant meatibus corporis frigore ambiente occlusis. Est quoque omnium facilima, non curatu, sed toleratu, quia solum horas plus minus 12 durat, inde biduum intermittit: magno ægrorum commodo, qui interea ad operas consuetas redire possunt, natura sese tum recolligente & in proximum paroxysmum vires acquirente. Insuper est omnium securissima ex sua natura, ut etiam morbos aliquando gravissimos superare possit, & ab iis ægrum præservare atque liberare: quia multa prava vomitu vacuantur vel ad partes ignobiles mittuntur, & calore Febrili toties recurrente attenuantur absumunturque, morbos alioquin

quin effectura. Est tamen ex accidenti aliquando lethalis, quando scilicet insignem subsequitur obstructionem lienis aut hepatis, præsertim si ætate consistente vel iam inclinante contigerit, unde ægrum tandem in hydropem lethalem vel in scorbutum deducit. Mala etiam est quæ duplicatur vel triplicatur, vel in continuam degenerat, errore ægri ipsius vel curantis. Quum male tractata & curata est, in morbos melancholicos, ut maniam, scorbutum, icterum nigrum, & alios, transit. Cæterum notha brevior esse solet exquisita, contra quam in aliis Febribus: Cum enim humor melancholicus sit omnium crassissimus, quicunque ei admiscetur reddit eum tenuiorem, unde Quartana efficitur brevior.

CURATIO

Sequentibus remediorum generibus perficitur.

Victus Ratione.

Aër quovis tempore ad calidum & humidum inclinet: sunt enim hac Febre laborantes frigoris impatientissimi.

Ex cibis quæcunque crassum & fæculentum sanguinem producere apta sunt prohibere oportet, & præscribere ut æger bonis, concoctu facilibus, humectantibus & modice calefacientibus atque incidentibus, puris & minimum humoris melancholici generantibus vescatur. Die paroxysmi omnino, si fieri potest, cibo abstinere convenit, sin minus, tanto intervallo ante paroxysmum adhibeatur, ut ad eum concoquendum temporis sit satis, idque ne in accessionibus cibus indigestus in ventriculo reperiatur.

Potus sit vinum album, tenue & mediocriter calefaciens, vel assuetis cerevisia bene depurata & defæcata, non nimis tenuis, quia refrigerat, nec nimis crassa

ac lupulata, quia caput gravat, & ſuccum melancholicum ſuppeditat. Probatur hydromel ſeu mulſa in principio morbi, ac in fine paroxyſmi aq. hordei præparata cum Cinam. & paucis piperis granis.

Somnus poteſt indulgeri, ſed non meridianus, nec tempore acceſſionis.

Exercitatio corporis medioctis diebus intermiſſionis conducit, præſertim ſi cibum antecedat: vel eius loco frictio totius corporis, depoſitis prius alvi excrementis.

Alvus autem ſi non ſponte fluit, glande aut clyſtere excitetur.

Animi perturbationes omnes noxiæ ſunt, ſed ſi ad lætitiam & tranquillitatem convertatur, prodeſt.

Præparantibus.

Ex ſimplicibus bugloſſ. borrag. viola, meliſſ. capil. ven. endiv. cichor. fumar. agrimon. ſcolopend. chamæd. chamæp card. bened. rad. glycyrrh. alth. filic. cichor. ceterach. gentian. centaur. min. polypod. cort. tamariſc. cappar. ſem. geniſt. vitic. fraxin. citr. ocymi.

Ex his parari & ex uſu eſſe poſſunt decoct. aq. ſyrup. conſerv. extract. Fortiora ſunt limatur. chalyb. præpar. eiuſque tinctura, ammoniac. extract. ſplen. bovis. medicamenta ex Tartaro parata.

Ex compoſitis ſyr. borrag. bugloſſ. viol. de pomis, fumar. lupul. acetoſus, oxym. ſimp. ſyr. de meliſſ. fumar. comp. Byzantin. de epithymo. oxyſacch. comp. de 5. radic. oxym. diuret. ſcillit. oxym. elleborat. Geſneri.

Vacuantibus.

Clyſter. ex decoct. bet. malv. parietar. mercurial. ſummit. aneth. chamæm. melilot. furfur. ſem. aniſ. fœnic. fol. ſen. caſſ. elect. diacathol. ol. aneth. chamæm.

Medicamentis è manna, caſſ. diacathol. lenit. fol. ſen. ſyr.

ſyr. de pomis. epithym. polypod. confect. Hamech.
Pilul. de fumar. Ind. lucis minor. ſine quibus, de lap. lazul. armen. hier. Logad.
Per vomitum ex aq. hord. ſyr. acetoſ. decoct. raphan. aſar. ſem. aneth. atriplici.
Per ſudorem theriac. mithridat. antid. Saxonic. aq ſal. & extract. cardui bened. abſinth. gentian. decoct. rad. chin. ſalſæparil. guiac. ſaſſafr.
Venæ ſectio in plethoricis locum habet, & ſi craſſus nigerque ſanguis apparet, liberius, alioquin parcius mittendus eſt. Sed potiſſimum ex hæmorrhoidibus duci debet, hirudinibus venis ani admotis. hic enim ſanguis proxime ex liene & foco Febris fluit, & præſens affert auxilium ſi tempeſtive & iuſta quantitate mittatur: dummodo nulla viſceris ut iecoris vel lienis ſubſtantia portio corrupta ſit.

CONFORTANTIBUS.

Tab. diarrhod. abbat. aromat. roſat. diamarg. de gem. opiato ex iiſdem ſpeciebus, cum conſerv. bugloſſ. borrag. viol. anthoſ.
Dianth. diamoſch. dulc. diaxyloal. lætific. Gal. & Rhaſ. conf. alkerm. diaſpolit. diagalang. diatrionpip. dialacc. diacurcum.
Theriac. mithridat. aur. Alexandr. troch. de abſinth. de roſ. ſicc. de eupator. de capparib.
Vẽtriculus foveatur decoct. menth. calaminth. abſinth. maioran. ſalviæ, roſar. rubr. in aq. & vino. Poſt illinatur ol. menth. maſtich. irin. coſt. abſinth. moſchato.

THEORICA ET EMPIRICA *medicamenta pro Curatione* QUARTANÆ INTERMITTENTIS *feliciter usurpata.*

℞ rad. aperit. ana ʒ iij. fol. malv. bismalv. parietar. mercurial. ana m. j. epithymi, scolopend. ana m. ß. polypod. ℥ ß. sem. anis. fœnic. ana ʒ j. fl. meliss. borrag. bugloss. chamæm. ana p. j. F. Decoct. In Colat. ℔ j. dissolv. hier. Ruff. vel confect. Hamech. ʒ iij. sacch. rub. mell. rosar. ana ℥ ß. ol. aneth. lilior. alb. viol. ana ℥ j. M. F. Clyster.

℞ rad. polypod. q. glycyrrh. ana ℥ ß. fumar. lupul. epith. ana m. ß. fl. cord. ana p. j. passul. mund. ℥ ß. prun. Damascen. nuº v. F. decoct. add. sub finem fol. sen. mund. ʒ iij. In Colat. ℥ iiij. dissolv. mann. Calabr. ℥ ij. vel diasen. laxat. ℥ j. M. F. Haustus.

♃ syr. de succ. borrag. fumar. acetos. simp. ana ℥ j. aq. bugloss. borrag. fumar. ana ℥ i ß. aromatisetur cinamom. leviterque bulliat. & F. Iulep.

℞ rad. lapath. acut. cichor. gramin. asparag. ana ℥ i. cort. fraxin. capparor. tamarisc. ana ℥ ß. thym. epithym. polypod. ana ʒ ij. fol. bugloss. borrag. lupulor. agrimon. ceterach. capill. vener. adianth. ana m. j. cuscut. m. ß. sem. melon. citri ana ʒ ij. fl. cord. ana p. ij. F. Decoct. pro tribus dosibus. In duab. priorib. dissolv. syr. de pomis, de cichor. s. ana ℥ j. F. Apozema clatum, postridie accessionis mane & vesperi sumendum. In ultima dosi leviter bull. fol. sen. mund. ʒ iij. sem. anis. ʒ j. Iu Colat. dissol. elect. lenit. syr. de epithymo ana ℥ j M. F. Potus die seq. ab apozemate sumendus.

℞ syr. de fumar. Byzant. oxysacch. comp. ana ℥ j. aq. fumar. absinth. fœniluli ana ℥ ij. M. F. Iulep.

℞ syr. de epithym. de 5. radic. Byzant. ana ℥ j. dissolv. in decoct. rad. aperit. cort. tamarisc. cappar. herb. capill. cuscut. absinth. ℔ j. F. Apozema.

℞ elect. lenit. diacatholic. ana ʒ ß. conf. hamech. ʒ ij. decoct. aperit. communis ℥ iiij. M. F. Haustus.

♃ oxy-

℞ oxymell. simp. ℥ j ß. syr. de succ. borrag. ℥ j. aq. bugloss. lupul. ana ℥ ij. M.F. Iulep. sumatur in aurora calidus, & repetatur diebus continuis aliquot.

℞ cathol. ℥ j. confect. hamech. ʒ ij. syr. ros. solut. ℥ j. decoct. cord. q. s. in fine add. fol. sen. mund. ʒ ij. sem. anis. ʒ j. F. Potio.

℞ raphan. in taleolas sect. ℥ iij. sem. eiusd. ʒ iij. sem. atriplic. ʒ ij. coq. in oxymel. ad ℥ vj. F. Potio vomitoria accessionis initio danda.

℞ rad. polypod. q. ℥ j. ceterach. m. i. fl. cord. ana p. ij. epithym. passul. mundat. ana ℥ ß. fol. sen. ʒ iii. cort. citr. ʒ i. F. Infus. in aq. loco calido. In Colat. ℥ iiii. add. syr. de pomis ℥ i. tartar. vitriolati ℈ i. M.F. Potio.

℞ succi pomor. dulc. ℔ ß. fol. sen. mund. ℥ i. cort. ellebor. nigr. ʒ v. sem. ocymi contus. ʒ ii. hydromel. ℔ ß. F. Infus. loco calido per noctem. Mane leviter bulliat. In Colat. add. sacch. alb. q. s. coq. ad syr. consistentiam. dosis ℥ iii. pluribus diebus continuis sumantur.

℞ cortic. cappar. fraxin. tamarisc. polypod. ana ℥ ii. cochlear. nasturt. aquat. summitat. meliss. eupator. mes. chamæd. ceterach. chamæpyt. ana m. ii. sem. fœnic. anis. card. bened. ana ℥ i ß. genist. centaur. minor. hyperic. sambuci, epithym. ana p. ii. macerentur per dies tres in aq. fumar. seri lactis, ana ℔ iii. oxym. scillit. ℔ i. deinde colentur & exprimantur. In express. add. troch. de cappar. dialacc. ana ʒ vi. F. distillatio secund. artem. dosis ℥ ii. mane spatio 9 dierum. hinc humor præparatus sic purgetur.

℞ polypod. q. sem. carthami ana ℥ i ß. thymi, epithym. ana p. i. sem. cumin. anis. fœnic. card. bened. ana ʒ ii. fol. sen. mund. ℥ ii. turbit. gummos. ℥ ß. cremor. tartar. ʒ ii. sal. gemmæ ℥ ß. M. F. Pulvis. quo venter galli veteris impleatur. coq. in aq. trib. partib. & una vini, quousque caro ab ossibus separetur, hoc decocto seu iusculo æger utatur per triduum.

℞ cort. capparor. tamarisc. ana ℥ i. polypod. q. ℥ i ß. rad. ellebor. nigr. ℥ i. summitat. meliss. thym. epithym. ana p. i. fol. sen. ℥ iiii. turbit. gum. ℥ ß. mirobalan. omnium ℥ ß. agar. rec. troch. ℥ i. sem. irid. card. bened. fœnic.

nic. anis. ana ℥ ß. cubebar. cinnamom. macis, caryophyll. ana ʒ ij. conserv. fl. nymph. viol. bugloss. ana ℥ j. M. omnia in q. s. seri lact. & succor. depurator. fumar. bugloss. pomor. In vase opt. clauso per dies 4. resideant. deinde exprimantur, colentur, atque iterum depurentur. Hisque depuratis add. mann. granat. sacch. viol. pulp. tamarind. racemor. recent. ana ℥ v. coq. lento igne ad syr. consistentiam, cui paulatim insperge diasen. ℥ ij. troch. de rhab. de eupator. de cappar. ana ℥ ß. scammon. per sulphur. præpar. ʒ vj. M. F. Electuarium. Dosis ℥ ß.

℞ aloës ex aq. cichor. extract. ℥ ij. gum. ammoniac. acet. dissolut. & per setaceum traiecti ʒ iij. myrrh. præp. ʒ ij. mastich. spec. triumsantal. ana ℈ ij. troch. ℈ j. salis fraxin. absinth. ana ℈ ij. cum syr. de succ. ros. F. Massa pro pilulis. dosis pilulæ ij, pondere ℈ j.

℞ follicul. sen. mund. ℥ iij. fibrar. ellebor. nigr. ℥ i. turbit. mirobalanor. omnium ana ʒ vj. troch. absinth. ʒ iij. fl. viol. ros. epithym. ana p. j. spec. lætific. Gal. ℥ i. succ. fumar. pomor. redol. seri lactis, ana q. s. F. digestio in B. per octiduum. Colatura lento igne reducatur in extractum. dos. ʒ j.

℞ conserv. bugloss. viol. ana ℥ j. pulv. elect. lætific. Gal. rasur. ebor. c. c. ana ℈ ij.. margat. præp. ʒ ß. sacch. alb. q. s. M. F. Conditum. Dosis cochlear unum mane, & alterum per horam ante cœnam.

♃ troch. de absinth. eupator. cappar. ana ʒ j. extract. rad. gentian. centaur. minor. ana ℈ j. cum syr. Byzant. M. F. Pilulæ. dosis pilul. iij, pondere ℈ j.

℞ rad. aperit. cort. cappar. tamarisс. ana ℥ ß. sem. anis. apii, melon. ana ʒ j. fol. ceterach. agrimon. cuscut. chamædr. ana m. ß. absinth. card. bened. flor. bugloss. borrag. ana p. j. passul. mund. ʒ vj. cicerum rubr. m. ß. F. Decoct. in col. ℔ j. dissolv. syr. de 5 radicib. de epithym. Byzant. ana ℥ j. F. Apozema. aromatiset. spec. dianth. lætific. Gal. ana ℈ j.

♃ rad. sals. parill. ℥ iiij. infunde in aq. fervent. ℔ xv. deinde lento igne coq. add. ad finem fol. sen. mund. epithym. ana ℥ j. hermodact. ℥ ß. passul. mund.

mund. ℥ ij. Colatura pro potu sumatur.

♃ theriac. vel mithrid. ʒ j. dissolv. in aq. fœnic. & vini alb. ana q. s. Detur una hora ante paroxymum.

℞ rad. alth. lilior. alb. ana ℔ ß. rad. gramin. irid. aristoloch. long. ana ℥ iiij. fol. malv. violar. borrag. bugloss. lupul. fumar. meliss. ana m. vj. summit. aneth. fl. chamæm. melilot. ana m. j. bull. in aq. s. q. pro balneo, in quo æger, vacuo ventriculo, & alvo prius exonerata, diebus intermissionis, bis in die, insideat.

℞ rad. aperitiv. bismalv. lilior. ana ℥ ß. rad. irid. ʒ iij. fol. parietar. puleg. origan. calaminth. millefol. ana m. j. absinth. m. ß. sem. lini fœnugr. ana ʒ j. fl. chamæm. melilot. sambuc. hyperic. ana m. ij. Ex his F. Sacculus intersutus, qui bulliat. in aq. partibus duabus & una vini alb. his expressus lienis regio calide foveatur & subinde sacculi mutentur, & alternis vicibus apponantur.

℞ ol. lilior. de cappar. mucilag. alth. in aq. bugloss. extract. ana ʒ vj. ceræ parum. M. F. Linimentum.

♃ ol. de caparib. amygd. dulc. ana ʒ ij. irini, ʒ j. sem. apii, cumini, pulv. rad. irid. ana ℈ j. ceræ q. s. M. F. Unguentum.

℞ gummi ammoniac. in aceto dissolut. ℥ j. rad. ciclam. irid. ana ʒ ß. emplastr. de mucilagin. de melilot. ana ℥ j ß. M. F. Emplastrum pro liene.

℞ caricar. pinguium nu° xij. coq. & terantur. ammom. bdell. galban. in aceto dissolut. ana ℥ ij. styrac. liquid. ℥ j. mucilag. altheę sem. lini, fœnugr. ana ʒ ij. œsypi, butyri recent. ana ℥ j. ol. sesam. lilior. alb. ana ℥ j ß. ceræ q. s. M. F. Emplastrum.

℞ spec. aromat. rosat. diarthod. abb. ana ʒ ij. sacchar. in aq. absinth. solut. q. s. F. Tabell. pro ventriculo roborando.

℞ conserv. borrag. bugloss. melissophyll. ana ℥ i. confect. alkerm. ʒ ij. pulv. elect. lætific. Galen. de gemmis ana ʒ j. rasur. ebor. c. c. ana ʒ ß. cum syr. de absinth. M. F. Opiata.

℞ calam.

℞ calam. aromatic. cyper. ana ℥ j. ſantal. omnium, lign. aloës, ana ʒ j. abſinth. menth. maioran. roſ. rub. ana p. j. F. Decoct. add. quart. partem vini albi. pro fotu regionis ventriculi cum ſpongia, horę intervallo ante cibum.

℞ ol. maſtich. menth. ana ℥ j. moſchati ʒ ij. M. F. Linimentum.

℞ roſ. rub. menth. abſinth. ſalviæ, maioran. anethi, ana ij. caryophyll. nuc. moſchat. galang. ſchœnanth. ana ʒ i. F. Pulvis. ex quo ſcutum paretur ventriculum roborans.


APPENDIX

Curationi Quartanæ Intermittentis *inſerviens*.

Eadem eſt huius Febris ratio quoad indicationes quæ Quotidianæ Intermittentis. Nam Febris refrigerandum indicat: humor vero Febrem faciens calefaciendum. At maior indicationis vis ab humore quam à Febre ſumitur. In Febre enim mediocris calor & longa intermiſſio: ſed humor frigidus natura eſt & ſiccus, qualitate & mole vires opprimens, & viſcerum temperiem lędens: ex quo fit ut nova continuo genita materia diutius morbum foveat. Prima igitur cura ad morbi cauſam dirigitur. Ad eam autem auferendam duo facienda ſunt: alterum ut congeſtus humor educatur: alterum ut viſcerum emendata temperie novæ in poſterum cauſæ generatio prohibeatur. humor vero cum natura gravis ſit & contumax, educi non poteſt, niſi ante in quandam ſubſtantiæ & temperamenti mediocritatem reducatur. Quia igitur frigidus eſt & ſiccus, calefacientibus & humectantibus temperabitur: quia craſſus, incidentibus attenuabitur. Verum cum viſcerum temperies ad frigidum lapſa, morbo continuo novam cauſam, melancholicum ſcilicet humorem naturalem, aggreget, iiſdem medicamentis calefacientibus corrigetur: ſed ſi ab exurente calore atra bilis genita ſit, humoribus

moribus in eam converſis, non calefacientibus, ſed refrigerantibus eſt opus. Primum autem lenioribus & mitioribus agendum eſt, ne partibus tenuioribus eductis ex reſiduo denſiore & tenaciore ſcyrrhus generetur: aut loco vitioſæ materiæ, ſi nimium tenax & loco adhærens eſt, utilis effluat. Idcirco non properandum ad purgãtia medicamenta, antequam longo præparantium uſu humor ſit probe tẽperatus & attenuatus. Imo ne ſic quidem affatim eſt educendus & evacuandus: ſed lẽte, interpoſitis diebus: primo venę ſectione, ſi ea opus videatur, vel potius hæmorrhoidum apertione, quæ immediate ex meſenterio & liene evacuat: deinde medicamentis humori educendo appropriatis: providendo interim ne ſubinde alius ſuccreſcat. Non ſolum autem internis medicamentis viſcerum intemperies & lapſus corrigetur, ſed etiam externis fomentationibus, emplaſtris, ſacculis, linimentis. Balneo quoque uti licet, decoctis in aqua herbis emollientibus & humectantibus, citra ullam ſudoris provocationem. Poſtquam ſatis contemperatum corpus apparet, & humorum evacuatio facta eſt, balneum reliquias digerens & ſudorem eliciens locum habet ex decocto origan. puleg. calaminth. meliſſ. marrub. artemiſ. fol. lauri ſummitat. aneth. chamęm. & ſimilibus: & mora in eo tranſacta lecto ægrum contineri oportet, ſumpto hauſtu vini generoſi vel aq. card. bened. & cinamomi, in qua aliquid confectionis alkermes diſſolutum ſit: vel grana aliquot lapidis bezoar. Atque hæc curandi ratio ſubinde renovanda eſt uſque ad perfectam Febris ſolutionem: niſi viſceris alicuius, ut lienis, qui fere in Quartana affici ſolet, læſio tanta ſit, ut propriam curationem requirat.

Com-



Complicantur Febres vel
Toto genere diversf. ut
Hectica cum putrida
Continua.
Intermittente.
Putrida cum Ephemera.
Specie diversf.
Quæ genere proximo cõveniunt, specie autẽ differunt : ut
Terciana Intermittens cum Quotidiana Intermittente.
Terciana Intermittens cum Quartana Intermittente.
Quotidiana Intermittens cum Quartana Intermittente.
Quotidiana Intermittens cum Terciana Intermittente.
Quæ genere remoto cõveniunt, proximo vero differunt:ut cõtinuæ cũ intermittentib. idque vel
Similes cũ similibus
Terciana continua cum Intermittente.
Quartana continua cum Intermittente.
Quotidiana continua cum Intermittente.
Diversæ cum diversis ; ut
Terciana Intermittens cum Quotidiana continua.
Quotidiana intermittens cum Terciana continua.
Hæc complicatio omnium frequentissima est, quæ Semitercianã constituit, atque idcirco peculiari Capite tractatur.
Eiusdem sortis & naturæ: ut
Duplex Quotidiana.
Duplex & triplex Terciana.
Duplex & triplex Quartana.

DE SEMITERTIANA.

SEmitertiana est Febris ex duabus composita, quarum una est continua, alia intermittens: una biliosa, altera pituitosa: utraque autem integra: unde liquet improprie esse Semitertianam appellatā, quasi dimidia esset Tertiana, cum potius longe sit simplici Tertiana deterior, ac huius illa, quam hæc illius esse videatur dimidia. Improprie etiam Semitertiana dicitur quæ Tertianæ aliquas notas habet, aliquibus caret, ut quæ nec ad integritatem devenit, neque cum rigore invadit, neque excretione aliqua desinit, neque diem secundum integrum durat: Tamen tertio quoque die insultat more Tertianæ, veluti quæ non integram Tertianæ naturam assequitur: Semitertianæ quidem nomen meretur, sed re alia est ab ea quæ proprie Semitertiana vulgo intelligitur, quæ oritur ex Quotidiana continua & Tertiana Intermittente, utraque distincta, & altera continuitatem ex pituita, altera horrorem ex bile habente. Fieri autem hæc proprie dicta potest tribus modis: Nam vel pituita excedit bilem, vel bilis pituitam, vel par est utriusque copia: Tunc enim bilis celeritatem cohibet pituitæ frigiditas, & huius tarditatem atque hebetudinem ipsa bilis excitat. Et hæc legitima est & exquisita Semitertiana: reliquæ vero duæ non exquisitæ sunt, sed nothæ Semitertianæ: in quarum altera biliosæ Febris apparent Symptomata maiora quam pituitosæ: in altera vero contra.

CAUSA proxima, ut patet, est humor pituitosus & biliosus, proprio quisque loco incalescens ac putrescens, unde vapores fuliginosi ad cor ascendunt. Causæ antecedentes sunt inæqualis corporis intēperies, ut ventriculus frigidus chylum pituitosum generans, & iecur calidum bilem multiplicans: Inæqualis etiam

est propter variam inæqualem & confusam eius naturam: unde contrariæ indicationes oriuntur,& duo evincendi sunt humores in locis distinctis consistentes & naturæ admodum graves: Præterea remedia quæ uni conveniunt,alteri sunt incommoda. Tempus vix aliquod oportunum permittitur medicationi. Denique utraque Febris ad se Curationem trahit.

CURATIO

Sequentibus remediorum generibus perficitur.

VICTUS RATIONE.

Aër, ne vel calore augeat Tertianam vel frigiditate Quotidianam, temperatus sit.

Victus quo morbus acutior est, hoc tenuior requiritur, isque temperatus, seu ad Febrem quæ magis urget accommodatus. Tempus exhibendi cibi est hora minoris afflictionis, præcipue diebus paribus circa accessionis quotidianæ declinationem.

Potus sit cerevisia tenuis, probe tamen defæcata & non aquosa.

Ptisana hordeacea passulis & pauco cinamomo correcta. Mulsa tenuis, seu hydromel. Oportunum est & Iulep. ex aq. endiv. cichor. ros. viol. borrag. bugloss. card. bened. cum syr. acetoso oxysacch. de limon. de succo citri, ribium, & similibus.

Animi perturbationes omnes fugiendæ sunt: & cum fiducia & bona spe eventus expectandus.

PRÆPARANTIBUS.

Pro humore billioso syr. de endiv. de cichor. simp. oxysacch. acetos. simp. de acetos. citri, granat. limon. de bugloss. de rosis recent. cum aquis endiv. cichor. lactuc. borrag. bugloss. ros. acetos.

Pro humore pituitoso mel. rof. syr. de absinth. de mentha, betonic. de hyssop. de 2. & 5. radicib. Byzantin. capill. vener. oxym. simpl. & comp. scillit. cum aquis & decoct. menth. calaminth. meliss. veronic. puleg. absinth. chamęm. hyssop. betonic. Ex his potiones & apozemata parari debent quæ diebus continuis pluribus usurpare oportet, seorsim singula, quia non uno eodemque loco uterque humor consistit, sed propriam quisque sedem habet.

Vacuantibus.

Per Vomitum ex decoct. rad. asar. raphan. sem. aneth. chamęm. genist. cum aq. hord. vel paucis granis croci metallor. in aq. hordei infuso per noctem. vel vitriol. alb. vomitivo in iusculo dissoluto. quæ perinde blande humores educunt ut quævis alia vomitoria, ac citius operantur.

Per alvum Clyster. ex decoct. rad. & herbar. emollit. cum bened. laxat. cass. elect. diacarth.

Potione ex decoct. herb. emoll. cum elect. lenit. diaman. syr. rof. & viol. ex 9. infus. de cichor. cum rhabarb. diaprun. solut. elect. Indo, diacarthamo, mirobal. cass. extr.

Pulvere ex Iulep. crem. tartari, tartaro vitriol. Comitis de Harvvik, qui fit ex cremore Tartari, Iulepio, & pauco scammon. præpar.

Pilulis de rhab. de agaric. de hiera, aloë rosat. sine quib. aggregativ. assaieret. marocostin.

Per sudorem decoct. lign. sassafr. guaiac. rad. chin sass. patill.

Sale absinth. fraxin. artemis. card. bened. in iisdem aquis.

Per urinam decoct. rad. & herbar. diureticar. sem. melon. fœnic. cumin. anis. mulsa in qua rad. irid. ebullierit.

Venæ sectio non prætermittenda est, si ea opus videatur.

Con-

Confortantibus.

Confect. alkerm. de hyacinth. in vino alb. man. Christi perlat. diarrhod. abbat. diamargar. de gem.
Conserva flor. cord. cort. citri cond. vinum absinth. Hippocratic. epithemat. liniment. saccul. ut in aliis Febribus dictum est.

THEORICA ET EMPIRICA *medicamenta pro Curatione* Semitertianæ *feliciter usurpata.*

℞ rad. alth. ℥ j. herb. calaminth. puleg. absinth. hyssop. origan. ana m. j. furfur. m. ß. sem. anis. fœnic. melon. ana ʒ ij. fl. chamæm. melilot. summitat. aneth ana m. j. F. Decoct. In Colat. ℔ j. dissolv. hier. pic. ʒ iij. mell. viol. ℥ j. ol. commun. ℥ iij. M F. Clyster.

℞ aq. endiv. acetos. ana ℥ iij. card. bened. ℥ i. ß. syr. de endiv. oxysacch. s. ana ℥ i ß. de succ. citri ℥ i. M. F Iulep.

℞ rad. cichor. fœnic. gramin. ana ℥ i. fol. menth. calaminth. puleg. origan. hyssop. ana m. j. fl. chamæm. melilot. stœchad. ana p. ii. sem. fœnic. ʒ ii. F. Decoct. lento ad mediet. In Colat. clarificat. add. mell. opt. despumat. ℥ iij. acet. vini alb. ℥ i ß. M. F. Oxymel.

℞ rad. petrosel. asparag. ana ℥ ß. fol. agrimon. cichor. betonic. orig. calaminth. ana m. i. sem. anis. fœnic. petrosel. ana ʒ i. fl. genist. thym. stœchad. anth. ana p. i. F. Decoct. In Colat. ad duas doses infund. fol. sen. mund. ʒ iii. rursus coletur, & dimidium sumatur, pro humoris pituitosi præparatione. In residuo add. agar. rec. trochisc. rhab. elect. ana ʒ i. cinam. ʒ ß. In express. dissolv. elect. de succ. ros. diacarth. ana ʒ i. syr. ros. solut. ℥ i. M. F. Potio.

℞ fol. cichor. sonchi, borrag. agrimon. ana m. ß. rad. gramin. ʒ ii. prun. Damasc. nu° iii. passul. mund. ʒ ii. F. Decoct. ad ℥ iiij. Colat. infund. per noct. fol. sen. mũd. ʒ ii.

agar. troch. ʒ j. expreſſ. add. mann. elect. ℥ j. M. F. Potio.

℞ rad. polypod. ſem. cartham. contuſ. ana ʒ vj. cort. fraxin. tamariſc. ana ℥ ß. fol. meliſſ. eupator. Meſ. lupul. capill. vener. agrimon. ana m. j. fl. centaur. minor. hyperic. geniſt. ana p. j. flor. cord. ana p. ij. F. Decoct. In Colat. infund. ac leviter bull. fol. ſen. mund. ℥ j ß. agaric. troch. rhab. el. ana ℥ ß. cinam. ʒ ij. caryoph. ſem. aniſ. cōtuſ. ana ʒ j. In expreſſ. clarific. diſſolv. ſyr. viol. ex 9. infuſ. oxym. comp. ana ℥ ij. M. F. Apozema in 4 doſes.

℞ rad. cichor. ℥ ij. agrim. ceterach. cuſcut. ſummitat. ſtœch. citrin. ana m. j ß. F. Decoct. ad ℔ j. In Colat. clarific. diſſolv. ſacch. alb. q. ſ. Inter bulliendum adde rhab. elect. infuſ. in vino alb. ʒ ij ß. cinam. ʒ j. F. Syrup. magiſtralis. Doſis ℥ ij. cum aq. decoct. hord. bis in ſeptimana, mane trib. horis ante juſculum.

℞ aloës roſ. ex aq. endiv. extract. ʒ ij. agar. troch. ℥ ß. cum ſyr. de abſinth. F. Maſſa pro pilulis. Doſ. ʒ j. mane 4. horis ante cibum.

℞ aq. fontan. ℔ xij. mell. alb. ℔ ij. coq. ſimul donec mel. nullam amplius ſpumam emittat. add. poſtea ſucc. ceraſor. acidul. ℔ ij. rurſus parum bull. ſpumam auferendo. & F. Hydromel. ſaporis gratiſſ. bilem temperans, pituitam incidens & attenuans, ac ſitim ſedans.

℞ decoct. rad. acetoſ. ℥ iiij. ſyr. limon. de acid. citri, ana ℥ j. M. F. Iulep.

℞ cort. citri condit. ℥ ß. mirobalan. condit. roſar. ana ℥ ß. aromat. roſ. ʒ j. cinam. ſantal. citrin. raſur. ebor. c. c. ana ʒ ß. ſacch. roſ. q. ſ. F. Conditum. Capiat cochlear unum mane & per horam ante paſtum.

℞ rhab. el. ℥ ij. fol. ſen. ℥ iij. ſcammon. præpar. ℥ ß. ſpic. ſantal. citrin. cinam. ana ʒ ij. troch. berber. ʒ j. F. Infuſ. in vino alb. ut extrahatur tinctura. Colatura leviter expreſſa lento igne evaporet, ut reſiduum retineat ſapæ conſiſtentiam. vel ex eo F. Pilul. Doſis ʒ j. in ſyr. viol. diſſoluta, vel in forma pilulari.

APPEN-

APPENDIX
Curationi SEMITERTIANÆ *inserviens.*

In Indicationum contrarietate eius maior habenda est ratio quæ urget magis. Itaque si Tertiana prævalet, maior est refrigerantium & humectantium, quam incidentium & attenuantium necessitas. Et contra si Quotidiana magis urget. Si par est utriusque ratio, pariter utrique prospiciendum est. In remediorum autem exhibitione eo semper respicere oportet, ut quandoquidem vix ullum est tam præclarum remedium, quod dum iuvat, simul etiam non noceat, potior sit ratio iuvantis. Mediocria igitur magisque temperata eligenda sunt. Nam quæ valde incidunt, attenuant, aperiunt, simul etiam valde calefaciendi vim habent, & sic augent Febrem. Adde quod humores nimis attenuati nimisque fluxiles vix ita excerni possunt atque impediri, ut non etiam in partem aliquam influant, & periculum vel paralysis, si in nervos, vel lethargi & soporis, si in cerebrum, vel morbi alicuius Febre deterioris inducant. Postquam initio debiliora iusto tempore exhibita sunt, & pro eorum ratione humorum excretio facta est, ut metus non sit alicuius transfusionis, fas est ad paulo valentiora ascendere, quantum vires permittunt; quas alternatim reficere & viscera ac ventriculum roborare convenit. Symptomata quæ nimis urgent, viresque deiiciunt, ob periculum quod ex iis neglectis sequi potest, demulcere ac lenire oportet, iis quæ Febrem exacerbare minime possint.

DE

HECTICA FEBRE.

Hectica Febris, si ad vocem respicias, est omnis Febris quæ permanentem & morbosam corpori διάθεσιν inflixit: ut propterea ægre ab eo removeri possit, sive pituitosa sit, sive biliosa, sive melancholica: ad differentiam τῶν σχετικῶν, quæ levem habent in subiecto impressionem, atque ideo facile ab eo removentur. ἔχω enim est habeo, unde Hectica est quasi habituatam dicas, seu quæ magis habetur & subiecto inhæret. Sed proprie Hectica, est Febris seu intemperies cordis, qua sensim omnis eius humiditas substantialis absumitur, atque adeo ipsa eius substantia, unde totum corpus paulatim contabescit. Hoc est, Febris propriam cordis substantiam, facto initio ab ea quæ facilius absumitur ad eam quæ ipsas fibras constituit, depascẽdo efficit, ut corpus universum per dependentiam à corde, quod est fons nativi & vivifici caloris, contabescat. Initium huius consumptionis potest esse in quavis corporis parte, sed non ante Hectica dicitur, quam ipsam cordis substantiam occupaverit. Hæc autem solidam sensim formam acquirit, sanguine qui ab extremis venarum capitibus fluit spatia fibrarum intermedia replente atque in ipsarum fibrarum substantiam commeante. Aliam subinde hic sanguis appellationem sortitur, prout antequam solida & fibrosa substantia flat mutatur. Nam dum stillat ex venarum extremis capitibus, membrum illud velut rore perfundit, unde rorida humiditas, sive ros appellatur: quum vero iam in procinctu est ut in carnem mutetur parte sua crassiore, tenuiore vero in adipem, substantia carnosa & adiposa vocatur: denique quum iam prorsus in fibras concrevit, solidamque membri substantiam con-

constituit, fibrosa dicitur. Eodem modo Hectica progressum facit. Incipit enim ab humore illo rorido, qui incalescens sensim consumitur & deperditur: & hic est primus Hecticæ gradus. Inde ad substantiam carnosam & adiposam transit, quam similiter paulatim depascitur: & quum penitus consumpta est, secundum gradum absolvit. Postremo quum fibrosam absumit, in tertio gradu versatur, & Hectica μαρασμώδης nuncupatur. Atque ita unus idemque est morbus, quemadmodum una eademque est illa, quæ est subiectum ipsius, unius sanguinis subinde magis concrescentis substantia. Hæc autem omnis substantiæ deperditio & graduum Hecticæ ratio non à calore per se procedit, qui uniusmodi est, & à principio ad finem æqualis uniformiter agens, sed à modo siccitatis, quam in dies maiorem acquirit, donec, ad summum perducta, vivere corpus desinat.

CAUSA proxima & immediata est Siccitas humidum substantificum sive radicale consumens, ut iam dictum est. Huius causæ antecedentes sunt profluvium immoderatum sanguinis, alvi, urinæ, sudoris, seminis: humiditatibus enim huiusmodi fluxu exhaustis acriorem reddi calorem nativum necesse est: quæ acredo accidit ratione siccitatis: & hoc quidem sensibiliter & manifeste corpus exhaurit. Sed ardentes Febres, æstus aëris, immodicæ exercitationes, curæ, vigiliæ, genus vitæ laboriosum, quale est præsertim eorum qui artem fabrilem, fusoriam, & quæ circa metalla versatur, exercent, quos prope omnes Hecticos & tabidos tandem videmus; inedia, aut parcior quam naturæ conveniat, vel ineptus ad nutriendum cibus; lente & insensibiliter corpus exsiccant & spiritus exhauriunt. Præterea longus vini meracioris & generosi, aquæ vitæ, ut vulgo appellatur, usus. Ulcus pulmonis, empyema, diuturna hepatis, ventriculi, mesenterii, renum, intestinorum, inflammatio: quin & omnium partium morbi, ex quibus alimentum vel non retentum, vel male coctum, vel vitiatum partes solidas

non humectat; quæ propterea alimento convenienti destitutæ, & calorem Febrilem concipientes, incalescunt & resiccantur. Hæ causę posteriores Hecticam inducunt Symptomaticam; illæ vero priores veram & proprie dictam inferunt, vel una, vel plures simul concurrentes, tanto citius quanto corpus ad suscipiendam actionem ipsarum fuerit magis depositum: hæc vero dispositio certo victus & vitæ genere contrahitur, vel etiam à parentibus in liberos derivatur.

Signa. Calor Febrilis nullum infert dolorem, nullam molestiam, nullam alterationem sensibilem: propterea quia independens est, confirmatus & æqualis; quod enim factum iam existit, veluti in naturam est conversum & mutatum: at alterationes quæ à natura fiunt, insensibiles sunt. Quamobrem licet calor in humidum semper agat, non subinde molestia sequitur, neque dolor. quod lente & paulatim actio fiat: dolores enim & alterationes ab eo quod subito & confertim fit, prodeunt. Est etiam calor debilis, nullum acris & fumosæ exhalationis, quemadmodum in putridis Febribus, sensum exhibens. Magis tamen in arteriis sentitur, quam in reliquis partibus: quia arteriæ, præterquam quod magis expositæ sunt tactui, ratione maioris communicationis à corde maiorem quam partes reliquæ calorem suscipiunt: Idcirco etsi frigida manus abluas, & partes arteriis vicinæ frigidæ sentiantur, nihilominus tamen arterię caliditatem illam Febrilem retinent. Præterea post cibum assumptum, quocunque etiam tempore ille exhibeatur, statim calor increscit citra ullum frigoris, horroris, rigorisve sensum, nisi quum suspecta est putridæ cum Hectica coniunctio: ideoque ut certum de hac Febre indicium haberi possit, hora cibi per aliquot dies mutanda est: si, quoties sumitur cibus, increscit calor, nullum dubium est ægrum Hectica laborare. Durat autem calor ille auctus tantisper, donec alimentum totum sit discussum, atque in corpus distributum. Pulsus parvus est & debilis, quia vitalis facultas ab intemperie in corde permanente debilitatur, & arteriæ ob siccitatem in dies increscentem resistunt.

Est enim creber ob usum adauctum, & modice celer, minus tamen quam in reliquis Febribus: crescente autem post assumptum cibum calore Febrili, pulsus etiam paulumper augetur, & fit quodammodo magnus & velox: & rursus finita ἀναδόσει ad pristinum statum revertitur, eum scilicet in quo fuerat antequam cibus sumeretur. Actiones etiam naturales læsæ sunt. Nam non bene concoquunt Hectici, non bene continent, non aluntur. Causæ evidentes si antecesserunt, coniecturam præbent: præsertim quum Febris Ephemera præcessit, vel putrida quæpiam, qua siccitas quædam in corpore relicta est, vel Pestilens, vel inflammatio partis alicuius, ulcus, obstructio. Excrementa quod attinet, ea admodum diversa sunt in Hectica. Fæces enim quandoque duræ sunt, ut difficulter egerantur: quandoque liquidæ & copiosæ sunt, quum ventriculus neque continet, neque concoquit ut oportet, & hepar, quod concoctum est, non attrahit, vel venæ mesaraicæ obstruuntur. Urina in vitio ventriculi albescit, si deficit concoctio: pauca est, quia quod per renes debebat, per secessum transiit. Si vitium ab hepate vel renibus incepit, plurima est, crassa & rubea, cum sedimento orobaceo. Atque his signis Hectica incipiens cognoscitur. Facta autem & quæ iam est in augmento, facilius multo deprehenditur: omnia enim iam dicta evidentius apparent: conspicua est virium debilitas, quia iam nativa partium humiditas gravius atteritur, & corpus evidenter exsiccatur & colliquescit. Pinguedo quædam aranearum telis similis, ac si oleo perfusa esset urinæ superficies, conspicitur: hæc enim semper consumptionem significat, primo pinguedinis renibus adhærentis, deinde successive totius corporis. Quæ ad statum iam pervenit, facilime cognoscitur. Oculi sunt concavi & veluti in foveis reconditi: palpebræ ægre attolluntur præ imbecillitate virtutis motivæ: connivere instar dormiturientium, cum tamen dormiendi sit impotentia: collapsa tempora & cadaverosa, cutis in fronte non ut in senibus rugosa, sed tensa & arida. Pulsus maxime durus, parvus, debilis, & frequens: venter inanis, depressus, & contractus. Corpus con-

consumptum, ut præter ossa membranis & cute obducta σκελετὸν esse videatur. Fluor alvi continuus, quia cibus neque concoquitur, neque continetur, neque distribuitur, neque attrahitur: Sudor copiosus singulis noctibus, ab impotentia continendi. Et quia fere semper destillatio currit ad pectus, raro evenit, quin Phthisici fiant, quia abundant excrementis, quæ quia per adustionem fiunt acria & tenuia, facile arrodunt tenerrimum pulmonem iniuriæ expositum, unde tandem φθίσει moriuntur. Præterea timidiores fiunt ex adustione humorum, & spirituum paucitate: iracundi, fastidientes omnia, pediculosi.

PROGNOSTICA. Hectica incipiens ut difficulter cognoscitur, sic facilime curatur. Quæ ad statum iam pervenit, quo propinquior extremo suæ latitudinis termino, eo incurabilior, & tandem plane lethalis. Quę in augmento est, medio modo se habet, maiori tamen ex parte curabilis, si recte & tēpestive tractetur. Est tamen morbi longitudo & difficultas ætate & corporis constitutione metienda. Nam in iunioribus quibus cor tenerius, calor ille extraneus facile imprimitur, sed temperamentum alteratum facile etiam ad suam pristinam temperiem reducitur: unde Hectica in illis, nondum tamen confirmata, citius senatur: In adultis vero tardius & difficilius: In senibus quocunque modo se habeant incurabilis fere existit. Quæ è corde primum affecto initium accepit, celerrimam mortem invehit: tardius quæ à iecore & ventriculo. Quæ ab aliis partibus ortum habet, tanto tardius mortem infert, quanto earum quælibet minoris præstantiæ fuerit.

CURA-

CURATIO

Sequentibus remediorum generibus perficitur.

VICTUS RATIONE.

Aër quantum fieri poteſt temperatus eſſe debet, aut frigidiuſculus & humectans. Locus igitur quærendus eſt ſuavi aura aquilonari perflatus. Si nimium calidus eſt, frequenti humi irrigatione & herbis recentibus ſtratis temperandus.

Somnus ſit mediocris, ne longior viſcerum calorem, brevior imbecillitatem & ſiccitatem augeat. Innocentior tamen paulo largior, cum præcipua ex immodito ſquallore læſio contingat. Lectus & indumenta gratum odorem ſpirent. roſ. viol. ſantal. camphor. fl. nymph. cortic. mandrag. ex quibus ſacculi parentur & frequenter odorentur.

Vehemens omnis motus & exercitatio ſive animi ſive corporis vitanda.

Veneris uſus eſt nocentiſſimus.

Quæ hilaritatem conciliare ac iucunditate delectare poſſunt, procuranda.

Victus inſtituatur refrigerans & humectans, facilis concoctionis, boni ſucci, pauci excrementi, & qui non ſtatim diſcutiatur, ſed ſolidum nutrimentum præbeat. Id præſtant cremor ptiſanæ, ova recentia, cum vino & ſaccharo cocta. Caro vitulina, hœdina & porcellorum. Capi & pulli gallin., præſertim hordeo nutriti, vel paſta, quæ paratur ex carne cancror. fluviat. & ranar. cum farina tritici vel hordei ſubacta & intruſa, forma pilulari ſaginati. Aviculæ, piſces ſaxatiles, anguillæ optime præpatatæ.

Cancri fluviatiles, cochleæ, oſtreæ, ranarum crura. Panatella, amygdalata. gelatinæ, pultes ex farina hordei puriſſ., amylo, lacte amygdal., ovis conquaſſat. & ſac-

& sacchar. penidiat. In primis vero lac convenit, quia non solum vim habet corporis substantiam humectandi & reficiendi, sed etiam medicamenti convenientissimi rationem: aliud tamen alio est præstantius & convenientius. Ordine primum est lac muliebre naturæ familiarissimum; secundo lac asininum tenue & humidius, & proinde minus coagulationi obnoxium; tertio caprinum; quarto vaccinum recens mulctum. Eligendum autem quod nullam alienam qualitatem vel gustui, vel olfactui exhibeat, sed in suo genere sit dulcissimum, & genuinum lactis colorem retineat. Quod si in ventriculo coaguletur (quod è pulsu celeriore & inæquali, ac ructu nidoroso cognoscitur) mellis aliquid aut sacchari & parum salis admiscendum est, & recens bibendum tribus vel quatuor horis ante prandium quotidie per integrum mensem & amplius, ab uno cyatho ad tres sensim ascendendo, vel ad eam mensuram quæ ægri viribus conveniat, quæ non fluctuet in ventriculo, non corrumpatur, neque vires supra modum gravet. Quibus morbus altius radices egit, aqua destillata ex carnibus, iura instaurantia, consummata vulgo dicta, amygdalata, placentæ ex massa panis Marcii, nucleis pini, semin. cucurbit. melon. spec. diapenid. diatragac. frig. diamargar.

Potus conveniens est, cerevisia triticea, decoct. hord. in quo pruna, glycyrrhiza, & parũ cinamomi aut sem. coriand. coctum sit. Vinum granatorum, oligophorum: gravius enim erratum est ex eius subtractione, quam ex eius usu paulo largiore. Frigidæ enim potus his temporibus in omni Hectica est noxius & periculosus.

Alterantibus.

Præter victum, qui magnam alterandi intemperiem calidam & siccam per refrigerantia & humectantia vim habere debet, balnei usus est convenientissimus. Mane & vesperi ante cibus usurpandus est diebus

pluribus

pluribus & continuis. Aqua autem mediocriter calida sit, ut pori cutis aperiantur: in qua decoctæ sint radices & herbæ emollientes, ut alth. malv. portulac. violar. mercurial.branc.ursina,chamęmel.lactuca,&similes.Moram in ea fieri oportet,donec sponte tepescat, ut corpus sic magis humectet. Quod si tædiosum tam diu in balneo morari ægro videatur, frigida affundi, quantum,ut teporem convenientem acquirat, sufficit.

Sed ante balnei usum providendum ut nulla sit in corpore cruditas, nullus rumor, nulla putredo, obstructio nulla.

Post balneum corpus inungatur ol. viol.amygdal.dulc. nymph. rof. lacte mulieb. butyro recenti sine sale.

Epithemata ex aq. cordial. succo sempervivi, limon.& vino albo.

Ceratum rosac. santal. unguent. resumptivum, frustum cucurbitæ hepati admotum.

Clysteres tantum emollientes & humectantes, ex iure intestin. vervecis, herb. emollient. cass. pulp. tamarind. melle rof. viol. ol. viol. nymph.

Thermæ sulphureæ quum haberi possunt non negligendæ.

CONFORTANTIBUS.

Confortant simul & alterant Iulep. viol. rof. syr. viol. granat. dulc. nymph. de cichor. borrag. bugloss. de papav. portulac. cum duplo aq. hord. viol. lactuc. endiv. borrag. fl. nymph.

Emulsiones ex iisdem aquis & seminibus, cum solut. perlar. & corallor.

Magisterium perlar. corallor. man. Christi perlar. fact. cum aq. viol. diamargar. frig. diatrionsantal. diarrhod. abbat. de gem. frig. confect. ex spec. elect. resumptivi. troch. de spod. corall.

Condita ex conserva viol. nymph. rof. bugloss. borrag. cum spec. diamargar. frig. elect. resumpt. & aliis eiusmodi.

SYMPTO-

Symptomata Mitigantibus.

In metu Syncopes vino utendum est tenui, granat. quod ex dulci sapore acorem referat.

Olfacere oportet santala, rosas, fl. nymph. cortic. mandragor.

Confectiones ex conserva viol. bugloss. cort. citr. cond. cum solut. marg. pulv. oss. de c. c. spec. diamargar. frig. man. Christi perlat.

Si Syncope sit ob magnam indigentiam utilis alimenti, dentur iuscula restaurantia cum vitell. ovor. & modico aq. cinam. & vino odoriferi.

In Catarrho & Pulmonum exulceratione aq. hederæ terrestr. usurpanda est, decoct. pector. syr. de hyssop. prass. farfar. glycyrrhiz. veronic. iuiubin. diasebest.

In profluvio alvi sorbitiones & potus ex hord. excortic. tosto. hordeat. avenatum cum pauco farinæ, amyli, gummi tragac. oryzæ, torrefact. tinctura corall. diacydon. syr. myrtill. è succ. rosar.

Lac in quo Chalybs candens sæpius extinctus sit, vel rad. tormentill. bistort. decocta sit.

THEORICA ET EMPIRICA *medicamenta pro Curatione* Hecticæ Febris *feliciter usurpata.*

♃ lactuc. portul. endiv. borrag. bugloss. ana m. j. prun. nu. vij. sem. 4. frig. mai. ana ʒ ij. fl. nymph. viol. ana p. j. F. Decoct. In Colat. ℔ ij. dissolv. medull. cass. fistul. cathol. ana ℥ ß. mell. viol. ol. nymph. ana ℥ j ß. M. F. Clyster.

℞ rad. gramin. acetos. cichor. ana ℥ ß. fol. cichor. hepatic. portulac. scolopend. adianth. ana m. j. passul. mund. ℥ j. sem. 4. frig. mai. ana ʒ ii. fl. nymph. viol. ana p. ij. F. Decoct. In Colat. ad tres doses add. syr. de cichor. simp. de endiv. ana ℥ ij. F. Apozema. clarific. aromatis. santal. citrin. In ultima dosi infund. rhab. elect.

elect. ℥ ij. cass. rec. extr. ʒ vj. macerentur in loco calido vel supra calidos cineres per noctem. In express. dissolv. syr. ros. solut. ℥ j. M. F. Potio.

℞ syr. viol. acetos. ana ℥ ij. granat. ℥ j. aq. cichor. endiv. bugloss. ana ℥ iij. M. F. Iulep.

℞ contus. ex carnib. testudin. nemoral. cancror. fluviat. ana ℥ ij. nucleor. pini, amygd. dulc. ana ℥ j. pistac. ℥ ß. iur. pull. q. s. m. F. Pasta. ex qua F. Morselli, placentæ & similia.

℞ spec. elect. resumpt. diatragac. frig. ana ʒ ij. amygd. dulc. ℥ iij. fisticor. pinear ana ℥ j ß. passul. mund. ℥ ij. conserv. viol. fl. nymph. ana ℥ j ß. 4. sem. frig. recent. mund. sem. papav. alb. ana ʒ ij. sacchar. q. s. F. Conditum, quo utatur loco alimenti.

℞ pulpam capi integri, carnis crur. bovis iunioris, ℔ j ß. cinamom. opt. ʒ j. macis, santal. citrin. ana ℈ j. spec. elect. resumpt. ℈ ij. passul. Corinth. ℥ j ß. concisis & pulverisatis omnibus affund. vini alb. aq. viol. ana ℥ iij. coq. simul in diplomate igne lento hor. 8. deinde detracta innatante pinguedine add. sacch. alb. q. s. M. F. Gelatina, de qua frequenter detur debilioribus interdum cum mica panis.

℞ amygd. dulc. mund. ℥ iiij. pinear. rec. ℥ ij. pistac. mund. ʒ vj. sem. 4. frig. mai. ana ʒ ij. papav. alb. ʒ iij. amyl. gumm. tragac. ana ʒ ß. concisa omnia macerentur aq. viol. per noctem. deinde cum sacch. alb. q. s. F. panis marcius.

℞ pulp. cap. elixati, aq. viol. ℥ v. carn. cancror. sale fricat. & lot. deinde in aq. hord. coct. ℥ iij. amygd. dulc. mund. pinear. infusar aq. viol. ana ℥ j. pistac. ℥ ß. sem. 4. frig. mai. enucleat. ana ʒ ij. sem. papav. alb. ʒ ij ß. macis ℈ ij. sacch. cand. penid. ana ℥ j. sacch. alb. aq. viol. solut. q. s. F. Confect. in Morsellis. Addi etiam poterunt spec. elect. resumpt. diamarg. frig. ana ʒ j ß. diarrhod. abb. ℈ ij. spod. ex ebore ʒ ß.

℞ pulp. capi coxar. ranar. cancror. fluviat. in aq. portul. coct. ana ℥ iiij. contund. opt. addendo amygd. dulc. mund. ℥ ij. nucleor. pini, pistac. in lacte prius macerat. ana ℥ j ß. sem. cucurbit. mund. ℥ ß. amyli ℥ ij. sacch. alb.

q. s. irrotentur aq. cinam. F. cum lacte & vitell. ovor. massa, & ex ea parvi panes. qui in clibano coquantur.

℞ emuls. sem. 4. frig. maj. ex aq. bugloss. fact. ℥ ij. emuls. sem. papav. alb. ex aq. viol. ℥ j. succ. depurat. endiv. granat. dulc. ana ℥ ß. M. ad ignem lentum, addito sacch. q. s. F. Syrupus. de quo exhibeantur frequenter cochlearia iiij. vel v.

℞ conserv. viol. bugloss. ana ℥ i. nymph. ℥ ß. spec. diamargar. frig. ʒ i. el. de gem. frig. margar. præpar. ana ʒ ß. spod. ex ebore ℈ ß. oss. de c. c. corall. rub. præpar. ana ℈ ß. cum syr. viol. & bugloss. F. Mixtura.

℞ sem. coriand. præpar. ℥ ß. corall. rub. margar. præpar. ana ℈ j. pulp. cydon. exsiccat. ℈ ij. sacchar. ros. tabell. ℥ i ß. M. F. Pulvis. de quo modicum detur post cibum, ut robur ventriculo addatur, & concoctio iuvetur.

♃ tussilag. m. ii. umbilici vener. capill. vener. lenticul. palustr. endiv. hepatic. cichor. viol. ana m. j. sem. lactuc. papav. alb. portul. sem. 4. frig. maj. ana ʒ ij. ficus nuº vij. passul. mund. ℥ j. pin. amygd. dulc. ana ℥ j ß. santal. alb. citrin. ana ʒ j. fl. viol. p. ij. ras. ebor. ʒ j. F. Decoct. in aq. hord. q. s. lento igne. Colat. add. sacchar. alb. q. s. rursus coq. ad syrupi consistentiam. de quo detur mane & vesperi.

℞ mucilag. sem. pyll. cydon. aq. viol. fact. ana ℥ i. ol. viol. lactis muliebr ana ʒ vj. butyr. recent. aq. viol. loti ℥ ß. camph. ℈ ℥. ceræ q. s. M. F. Linimentum ad spinam dorsi post egressum è balneo.

℞ ung. rosat. reç. Mes. ℥ ß. spec. diamargar. frig. santal. citrin. ana ℈ j. camphor. gr. vj. cum oleo ros. odor. q. s. F. Linimentum ad regionem cordis.

℞ ol. mastich. cydon. ros. ana ℥ i. M. F. Linimentum ad regionem ventriculi.

℞ ol. omphacin. sæpe aceto loti ℥ iij. succ. acetos. ℥ i ß. ceræ q. s. M. F. Ceratum pro renibus.

♃ aq. ros. nymph. viol. portul. ana ℥ ii. aceti viol. ℥ i. spec. diamarg. frig. ʒ i. santal. omnium, oss. de c. c., ana ℈ i. camph. gr. iiij. M. F. Epithema cordiale.

℞ aq. endiv. ℥ iij. lactuc. hepatic. ana ℥ ii. acet. ros. ℥ i.

trium

trium santal. ana ℈ ij. spod. ex ebore ℈ j. M. F. Epithema pro iecore.

℞ fl. ros. viol. nymph. ana ʒ ß. trium santal. ℈ ij. camph. gr. iij. cort. citr. ʒ ß. M. F. Pulv. linteo includendus: & maceratus aq. rosac. odor. sæpius naribus admoveatur.

♃ troch. de carab. de spod. ana ʒ j. sem. acetos. plantag. ana ʒ ß. succ. rib. q. s. M. F. Boli pro compescendo fluxu colliquativo.

℞ carn. testudin. nemoral. opt. coctar. & contus. ℥ ij. carn. capi ℥ iij. amygd. dulc. excort. nucleor. pini, ana ℥ iß. troch. de carab. de spod. ana ʒ j. pulp. nuc. Indic. ℥ ß. sacch. opt. ℥ iij. M. & cum aq. citri F. Morselli pondere ℥ ß.

℞ fol. maioran. lilii convall. matris syl. rad. cichor. fol. plantag. fragar. pentaphyl. ana m. j. rad. helenii. ℔ v. limac. sylvestr. nu° xxx. cinam. zinzib. macis, ana ℥ ß. galang. ʒ j. F. Infus. in vini alb. generosi mens. ij. per dies 5. loco calido, deinde B. vaporos. F. destillat. dosis à cochlearib. iij. ad v. per dies continuos 9, mane & vesperi, decrescente luna.

APPENDIX

Curationi FEBRIS HECTICÆ *inserviens.*

Hectica simplex cum nihil aliud sit quam intemperies calida & sicca, in solidiore cordis & per dependentiam totius corporis substantia in habitum conversa, unicam præbet indicationem curativam alterandi per contraria refrigerantia & humectantia: maior tamen humectandi ratio esse debet, quam refrigerandi, quia periculum non tam à calore præternaturali, quam à siccitate dependet in dies incrementum capiente. Vires quæ proinde magis debilitantur, refectionem indicant. Omnia igitur ita sunt instituenda, ut utrique scopo satis fiat. Et primum Diæta, quæ totam prope Curationem absolvit, & nullum naturæ dispendium & gra-

vamen affert, si convenienter administretur, ita accommodanda est, ut magnitudini morbi & lapsui virium ita respondeat, ut quam proxime utriusque gradum attingat. Ex cibis qui in communi usu sunt, cancri fluviatiles, cochleæ seu limaces, ostreæ, & id genus conchyliorum esculentorum, numerantur, ob nutrimentum quod præstare creduntur tenax & solidum, ut id tam cito calor Febrilis consumere non possit. Sed propter excrementitiam substantiam quam præ se ferunt, prius sale fricari, ablui, & decoqui melius est: sic decoctis, donec caro fere liquescat, prisana hordeaca addenda: iterum coque, ut per setaceum aut linteum colari possit: demum addito saccharo albo ad saporem fit cibus satis gratus & boni nutrimenti. Potest etiam eadem caro in lacte coqui, postea contundi, & per setaceum traiici, deinde addito lacte amygdalino & saccharo parari cibus. Lactis usus & ex lacte parata fercula amygdalata, pultes, hordeata, panatellæ, gelatinæ, quibus ad robur cordi addendum rasura c. c. seorsim in aq. & vino decocta, deinde caponis, poplitis vituli aut femoralis castrati, pedum vitulin. vervecin. aut hædin. cum saccharo & pauco croco ac cinamomo decoctis mixta, & similia, commodissima sunt: & quibus minus vitium adest, iuscula ex carnibus assis expressa dantur. Præter victum administrandi rationem, medicamenta alia humectandi & modice refrigerandi vim habentia negligenda non sunt. In primis vero balneum usurpare convenit, quod plurimum humectat, & nonnihil refrigerat, si rite adhibeatur. In aq. s. q. ad balneum incoquantur herbæ emollientes. Aquæ se immergat æger modice calidæ, ut perferre possit, vel si assidentes adsunt, linteo convolutis à ministris super labrum teneatur, ut per linteum balnei vaporem possit excipere, ore aëri frigidiusculo exposito. Poris iam satis patentibus tepidæ aquæ imponatur, & moram in ea faciat donec tædio capi incipiat: si adhuc satis robustus, nec ulla læsio interna subest præter Hecticam, alteri labro quod in promptu esse debet, imponatur aqua frigidiore pleno, ut corpus per moram exiguam nonnihil refrigeretur, & sic robur partibus

tibus addatur ex balneo tepido laxatis: Sin minus; aquę priori tepidæ frigida affundatur q. s. ad teporem frigidiusculum inducendum. A balneo humor omnis molli linteo ebibatur è corpore blande deterso, ut neque labor neque sudor excitetur. Lectum æger subeat, corpus, ne concepta humiditas exolvatur, ol. nymph. viol. rosar. amygd. dulc. chamæm. inungatur, vel linimentis, quæ ante dicta sunt. Denique cibus conveniens & reficiens exhibeatur: atque ita diebus continuis pluribus æger tractetur, si modo exolutionis ex balneo nullum sit periculum. Epithematis modice refrigerantibus foris partes foveantur: Intus vero iulepi similiter alterantes & ardorem Febrilem mitigantes præbeantur. Sed antequam quicquam fiat, necesse est prius omnem è ventriculo & primis viis eluviem clystere vel blando medicamento expurgare, ne ulla ex ea in corpus impuritas attrahatur. Cæteros quos non simplex Hectica infestat, sed vel partis cuiuspiam affectio vel Febris alia primum invasit, & porro perseverat, huius in primis rationem habere oportet. Frustra enim Hectica curatur, manente causa à qua producta est. Semper autem quod magis urget, & à quo maius periculum impendet, primo loco tractandum est.

FINIS.

INDEX

FEBRIUM quæ hoc opuſculo tractantur.

FINIS.